

Q. 4.342, 37. X 1904 926 II 702
LXXV.
II 305a

GEORGII FRANCI

MED. ET PHIL. D. IN HEIDELBERG.

UNIVERSIT. P. P. AT-

QUE S. R. I. ACAD. NATUR.

CURIOS: COLLEGÆ.

Tractatus Philologico-Medicus

DE

CORNUTIS

IN QVO VARIA CURIOSA

DELIBANTVR EX THEOLOGO-

RUM, ICTORUM, MEDICORUM, PHILOSOPHO-

RUM, POLITICORUM ATQVE PHILOGO-

RUM MONUMENTIS.

Cum

INDICE AVCTORVM



HEIDELBERGÆ,

Typis & sumptibus SAMVELIS AMMONII, Acad. Typogr.

ANNO M DC LXXVIII.



GEORGI FRANK

MED. ET PHIL. D. IN HEDER

DE S. M. T. P. A. I.

DE S. M. T. P. A. I.

DE S. M. T. P. A. I.

DE S. M. T. P. A. I.

DE S. M. T. P. A. I.

DE S. M. T. P. A. I.

DE S. M. T. P. A. I.

DE S. M. T. P. A. I.

DE S. M. T. P. A. I.

DE S. M. T. P. A. I.

DE S. M. T. P. A. I.

DE S. M. T. P. A. I.

DE S. M. T. P. A. I.

u
c
7
b
M
9
g
fi
ce
co
7.
ci
pu
ba
PK
V
0.1





B. C. D.

§. I.



Erentur, hercle, & CORNUA & CORNUTI, ut tra-
stentur in omnibus Facultatibus, ceu *ὡς ἐν τούτοις*
præstabo. Maxime in Medica. Quem enim non
moveat Chirurgorum Germaniæ antistes (ita
dignissime *Guil. FABRIC. Hild.* appellitat *Cl. Si-
mon PAULI Quadrip. p. 461.*) ad Paul. Lentulum
Poliatr. Bernens. scribens *C. 17. obs. 31.* his verbis:
*Historiam Tuam de puella Cornuta, quam promisi-
sti Vir CLme, avide à Te exspecto, & valde à Te contendo, ut illam mature publi-
ci juris facere, nec diutius intra privatos parietes retinere velis. Est enim profe-
cto non tantum rara, verum etiam admiranda, & imò quidem, ut an unquam si-
milis casus visus fuerit, valde ambigam.*

§. 2. THEOLOGICI Cornua habent consideranda variis modis,
uti fuse hoc docuerunt *Sal. GLASSIUS Philol. S. l. V. tr. 1. XI. p. m. 1267. & tr. 1.
c. 8. p. m. 1168.* atque *Petr. RAVANELLUS Bibl. S. lit. C. f. m. 623. seq.* nec non
Job. BUXTORF. Epit. radd. Hebr. & Chald. voce 17 & 17 p. m. 778. Ita ha-
bent CORNUA ALTARIS quæ explicat *id. ibid.* Habent quoque vulgo in facie
Mosis: Hanc enim imperitiores pingunt CORNUTAM decepti *Hebr. 17*
quod potius RADIARE significat, teste *J. B. CARPZ. Exercit. ad nummos effi-
giem Mosis cornutam exhibentes cap. 3* (hinc *17* CORNU, sic dictum, quod
sit quasi capitis radius) *J. BUXTORF. Epit. radd. Hebr. & Chald. p. m. 778.* de-
cepti itidem nummis ap. *HOTTINGER. in Cipdis BARTHOLIN. de Vni-
corn. c. 1. & J SELDEN. de jur. nat. & gent. l. 2. c. 6.* quos recte suppositios statuit
J. B. CARPZ. l. 4. c. 1. & 2. Decepti deniq; *Vulgarâ, quæ: Quod Cornuta esset fa-
cies sua.* Hinc merito à Judæis ridentur, teste *J. B. CARPZ. l. c. 6. 1.* & serio im-
probantur à *Sixt. SENENSI l. 5. Biblioth. S. annot. 116. Sixtin. AMAM. Anti-
barb. Bibl. l. 2. c. 34. p. 571. Churr. THEODORICO disp. solemn. X. Giess. 1608. ex
Phil. CAMERAR. med. bist. c. 93. P. RAVANELL. l. d. fol. 623 b. LIMNÆO I. P.
VI. 6. 95. J. M. DILHERR. disp. Tom. 1. p. 723. I. C. DIETRICH. disp. solemn. XIII.
6. 17. Giess. 1658. & Job. Ad. SCHERZER. de Mosis morte & sepultura cap. 1.*

§. 3. JURISCONSULTIS quoque & POLITICIS quandoque res est cum CORNIBUS atque CORNUTIS. CORNUTI enim hodie vocantur, qui veteribus CUCULI (vid. Cl. MINOS ad Alciat Embl. 60. p. 295.) vulgo Guggud / Gauch / Hanrei (de hac voce leg. HANSDORF) inde CUCULITARE ALCIATO, pro quo in FF. CUCURBITARE vide fuse I. B. CARPZ, l. a. cap. 3. Cur autem Cornuti vocentur lege ap. BESOLD. Thes. Pract. voce CORNUT, & DIETHERR, in Addit. it. Theod. OSIUM novar. opin. silv. c. 69 p. 147. SPEIDEL notab. f. m. 239. 4. NEVIZAN. silv. nubr. l. IV. n. 92. COEL. Rhod. XXIII, 26. HENEL, otis Vratisl. c. 47. p. 399. C. REIES Camb. Elys. q. 77. & LANS. contr. Ital. p. m. 842 seq. RENOD. l. 3. de Mat. Met. c. 3. ait: Solus hircus nostras inter animantia in rebus venereis socium patienter admittit: Unde qui non ægre idem patitur, Cornutus, hircorum instar, per Sacrasmum dicitur. Eodem sensu LANSIVS contra Britann. pag. mibi 581. jocatur.

Manfit, apud Scotos indeclinabile Cornu. Nî fallor ex OWENO, Immo jam ab Andronici Imp. tempore Cornua fuere Symbolum eorum, qui conjuges vel malitia vel injuria adulterari permittunt, ceu SALM. ad Panciroll. tom. 1. p. 373. ex NICETÆ l. 2 de Imp. Andronici. Hinc qui aliquem CORNUTUM appellat, actione injuriarum conveniri potest, & ad recantationem seu palinodiam actori tenetur, BESOLD. l. d. sicuti qui aliquem BONUM VIRUM GALL, un bon. homme injuriandi causa vocat, id ibid. Similiter JCti statuunt eum, qui alterius domui cornua apposuerit vel affixerit, perinde punire debere, ac si libellum famosum composuisset, ut post Tib. DECIAN, in Pract. Crim. l. 3. c. 25. n. 33. tradit Prosp. FARINAC. p. 3. Oper. Crim. q. 105. n. 468. referente REIES l. a. Si bos, cornu petere solitus, petierit, competitio ex Lege XII. Tab. l. 1. §. 4. ff. si quadr. paup. fec. & Inst. in pr. d. t. Conf. quoque l. 52. §. quidam ff. ad L. Aquil. Cornua quoque condicentur bove surrepto & occiso §. bove l. 14. ff. de cond. furt. Hinc spectant quoque CORNICULA POSTARUM, Posthörner / vid. HORNIGK de Jure postar. cap. 16. theor. 3. p. m. 239. seq. it. VENATORUM Jägerhörner / it. EXCUBITORUM Nachwächterhörner / it. Cornua Cervi domuum fastigiis imposita, quæ quandoque jus venandi notent; it. cornua insignium varia, quæ sunt signa honoris non diffamiae uti ait LIMNÆUS I. P. VI. 6. 95. Conf. SALMAS, ad Solin. f. 548. ap. RUPERT. ad Val. M. VI. 1. 5. & præcipuè HÖPPING l. pecul. de insign. multa quoque eaque varia de cornibus congeffit Philander von Sittewald / (I. M. MOSCHEROSCH) ad J. Gros & Politicos spectantia.

PHI-

§. 4. PHILOSOPHI pro variis Philosophiæ partibus varia habent cornua, cornutosque varios, e. g. PHYSICI propriissime agunt de animalibus cornigeris, vid. PLIN xi. 37. cujus inferius locum dabo. In specie de UNICORNU leg. omnino tr. pecul. Cass. & Tb. BARTHOLINOR. De cornibus quorundam animalium mobilibus auricularum instar Lel. BISCIOLA hor. subservi. t. 2. l. 2. c. 23. n. 8. De Cornib9 Cervorū quomodo crescant, quando & cur abjiciantur egit Id. t. 1. l. 1. c. 20. per tot. Conf. A. GRABÆ Elaphogr. Dentesne an Cornua in Elephantis dici debeant fusc disquirat Cæb. RHOD. xiii. 18. de Cornibus Cancerorum Celeb. SACHS Gammarolog. c. xi. §. 5. Cornua 4. in vervecine magno & peregrino vidit BORELL. C. iv. O. 52. Arietes 4. cornibus in Ægypto, Christoph. SUCKER Reisebeschr. f. m. 97. Cornua prope Goam regiam Lusitanorum Indiæ metropolim terris defossa plantarum modo sparsis radicibus capiunt incrementum, teste Hug. LINSCHOTTANO, ait Celeb. H. CONRING. de habit. corp. Germ. causs p. m. 125. SEGER, ap. Tb. BARTHOLIN. C. 2. Epist. 79. p. 655. DILHERR in Zeit- und Welt. Lauff p. m. 306. seq. inquit: Inn der Indianschen Insel Goa wården di Hörner der Ochsen und anderer gehörnten Thiere von ten n Indianern/ welche den n Hörnern ser feind sint/ in n di årde vergraben. Wann nun selbige eine Zeitlang inn der årde gelågen/ bekommen si Wurzeln/ und wachsen länger als eine Spanne heraus/ wi Hugo LINSCHOTT inn dem 61. Cap. seiner Ind. Schiff. bezeugt/ daß er solches selber gesehen. Es haben sich gelährte Leute bemüht/ di Ursachen solcher fruchtbringenden Hörner an einem sonst so steinigten und unfruchtbaren Ort zu erforschen/ haben si aber nicht erkundigen können. Hoc quoque videtur probare BORELL. C. iv. O. 10. stutuens ossa recenter avulsa in variis animalium partibus posse inseri & crescere. Et O. 52. subnectit: Cornua vervecina & bubula vidi, quæ radices in terra egerunt, ut cornu plantabile Linschotti. De Cornibus artificialiter inplantandis e. g. in caponis caput calcæria è pede abscissa, vide BORELL. C. 1. O. 10. Ol. WORM, ap. Tb. BARTHOLIN. C. 1. Epist. 38. M. A. SEVERIN. ap. Eund. C. 1. Epist. 60. De Cornu Capreoli alno unito lege Celeb. J. D. MAJOR, de planta monstros. Gottorp. §. 26. Cornua Cervina eodem modo arbori innata in Museo Regis Daniæ vidit Tb. BARTHOL. C. vi. h. 9. Sæpe, quæ ordinarie Cornibus carent, cornua habent. De Equo CORNUTO Ol. WORM Musei l. 3. c. 25. & Tb. BARTHOLIN. C. 2. h. 10. De alio Euseb. NIEREMB. l. 7. c. 2. Alium vidit quoque Leo ALLATIUS teste Thom. BARTHOLIN. de Unicorn, c. 19. LEPORES CORNUTI leguntur ap. JONST. & C. SCHOTT, Phys. Cur. Duos Cornu-

tos ap. viduam Medici Lovanii vidit Peireskius ex Norwegia allatos teste *GASSENDO* in *nj9 vita* l. 2. p. m. 56. *Tb. BARTHOL. C. 2. b. 86.* ait ex *GESNERO* tales captos in Saxonia. Venatu cepit unum cornutum illustris Heros D. de Vitri, cujus Cornu Jacobo Anglorum Regidono obtulit, ait *RENOD. de mat med* l. 3. c. 4. Sceletus talis visitur in myrothecio Dresdenfi, *ZEILER. Reise. Beschr. Teutschlandes.* Ejusmodi cranium Hamburgi vidit *SEGER. ap. Tb. BARTHOL. C. 2. Ep. 79. p. 652. seq.* & fuse describit; assensum tamen suum adhuc protrahit, addit tamen talia se quoque vidisse olim in Mus. Wormii & nuper in Mus. Regis *Dan. Conf. WORM. Mus. l. 3. c. 23.* Ipse ego vidi Argentorati in Museo Kunaftiano. De cornu in latere ovis *Tb. BARTHOL. C. 2. b. 13. BORELL. C. IV. O. 52.* vaccam vidit, quæ 5. cornua in pedibus habuit, in qua instar manus digitorum disposita erant. Meminit etiam *C. 1. O. 10.* In pede vervecis Cornu cum gyro solito suo vidit *id. C. IV. O. 52.* De Corniculis in parra & phasiana, *PLIN. XI. 37.* *Justus BERTRAMUS ap. Tb. BARTHOL. C. 2. Epist. II p. 439.* inquit: *Referam novum quid, mihi que hætenus plane inauditum, Nestedii Selandia oppido priori anno LUCIUM PISCEM ingentem atque multorum annorum captum esse, cornu ipsi media fronte firmissime adbarente, longitudine digiti ejusdemq; fere ad radicem densitate, paulatim in extremitate cuspidato, intus concavo: Retulit mihi oculus ejus rei testis.* CORNUTA piscis est, quæ ex mari fere sesqui pedalia cornua exserit, de qua leg. *GESNER. de Aquat. l. IV. f. m. 303.* De piscibus Cornutis in Sina lege *Joh. NEUHOF. Allgem. Beschr. Sina.* EX MINERALIBUS EST CORNU AMMONIS ap. *PLIN. AGRICOL. GESNER. Fr. CALCEOLAR. in Museo sect. 3. & de BOOT l. 2. de gemm. & lapp. c. 246.* EX VEGETALIBUS CORNU CERVI planta est vulneraria ap. *PARACELS. teste M. RULAND. Lex. Alchim. p. 175.* de Planta, Cornu cervi repens, dicta leg. *Bod. à STAPELEN. Comm. ad Theophr. hist. plant. l. 7. c. 9 f. m. 831.* Et quid multis? Audiamus *PLIN. XI. 37.* in hæc prorumpentem: *Cornua multis quidem & aquatilium & marinorum & serpentium variis data sunt modis: Sed que jure cornua intelligantur quadrupedi tantum generi. Et paulo post: Nec alibi major lascivia nature: Lusit animalium armis: Sparfit hæc in ramos, ut cervorum. Aliis simplicia tribuit, ut in eodem genere subulonibus ex argumento dictis. Aliorum finxit in palmas, digitosq; emisit ex iis, unde platycerotas vocant. Dedit ramosa capreis, sed parva, nec fecit decidua. Convoluta in anfractum arietum generis, ceu cestis daret: infesta tauris. In hoc quidem genere & feminis tribus: in multis tantum maribus. Rupicapris in adversum. Erecta autem, rugarumq; ambitu contorta, & in leve fastigium exacuta (ut tyras dices) strepsiceroti, quem addacem Africa appellat. Mobilia*

eadem (ut aures) Phrygiae armentis: Troglodytarum, in terram directa: qua de causa obliqua cervice pascunt. Aliis singula, & haec medio capite, aut naribus ut diximus. Jamq; aliis ad incursum robusta. aliis ad iectum: aliis adunca, aliis redunca, aliis adjaectum, pluribus modis, supina, conversa, connexa: omnia in mucronem migrantia. In quodam genere pro manibus ad scabendum corpus. Cocbleis ad praetentandum iter: corporea haec, sicut Cerastris, aliquando & singula. Cocleis semper bina, & ut praetendantur ac resiliant. Vrorum cornibus Barbari septentrionales potant, urnasq; binas capitis unius cornua implent. Alii praefixa his pila cuspidant. Apud nos in laminas secta translucent, atque etiam lumen inclusum, latius fundunt, multasque alias ad delicias conferuntur, nunc tineta, nunc sublita, nunc quae Cerostrata pictura genere dicuntur. Omnibus autem cava, & in mucrone demum concreta sunt. Cervis tantum solida, & omnibus annis decidua. Boum ad tritis unguis, cornua unguendo arvina, medentur Agricole. Adeo sequax, natura est, ut in ipsis viventium corporibus ferventi cera flectantur, atque incisa nascentium in diversas partes torqueantur, ut singulis capitibus quaterna fiant. Tenuiora feminis plerumq; sunt, ut in pecore. Multis ovium nulla, nec cervarum, nec quibus multiformi pedes, nec solidi pedum ulli: excepto, a sino Indico, qui uno armatus est cornu. Bisulcis bina tribuit: nulli, superne primores habenti dentes. Qui putant eos in cornua absumi, facile coarguuntur cervarum natura, quae neque dentes habent, ut neque mares, nec tamen cornua. Ceterorum ossibus adherent, cervorum tantum cutibus evasuntur. Haecenus satis belle atque compendiose PLINIUS.

§. 5. HISTORICI habent CORNUTOS, qui ab Ammiano MARCELLINO inter milites recensentur, teste Cael. RHODIG: l. 17. c. 10. Idem quoque habent CORNICULARIOS etiam in bello de quibus possunt variae opiniones legi ap. CALVIN: Lex: Jurid: fm 241. b. Alexandr: ab. ALEX. G. D. L. VI. c. 22. Cael. RHOD: l. 1. ASCON: ap. Onuphr. Panv: de Civ. Rom. p. 614. & RVPERT: ad Val: M. VI. 1. 5. Habent itidem iconem Alexandri M. cornutam, vid. SALMAS, ad Solin: c. 52. De nummo Alexandrum Cornutam exhibente. Conf: Fulv: VRSIN, & Curtium LOCCENII. Sunt etiam alii nummi ea forma vide ZAMOSI analecta antiq. Dacia c. 11. Hinc in ALKORAN, Surat: 28. vocatur Alex: M: Dulkarnain i. e. *دولقارناين* h. e. bicornis vid. HOTTING: l. 1. hist Orient: c. 3 p. 73. seqq. Arab: Dbelkarnain vocari scribit FREINSHEM: ad Curtii IV. 7. 23. cur? habet W. SCHIKARD: in Tarub: p. 73. sed non arident FREINSHEM: l. 4. Videtur inde factum, quod se filium Jovis Ammo-

Ammonis Cornigeri credi vellet; qui cornutus fingitur, vide infra Poetas. Hinc idem Alex. M. sacras etiam vestes in convivis gestavit, nunc quidem Ammonis purpuream per ambitum divisam & CORNUA ceu scribit EPHIPPUS apud ATHENEUM *dipnos. l. 12. c. 9.* ipse quoque Alex. M. à statuariis volebat Cornutus effingi, teste *Clem: ALEX. admon: adv: gentes.* Successores ejus reges Macedoniae Cornua gestasse in casside aliquod exemplis probat *W. LAZIUS l. 1. rer: Graec: ap. FREINSHEM, l. d.* In Baya de Antogil prope Madagascar Rex illius loci duo Cornua capiti firmiter affixa habet pro ornatu *L. HULS: i. Ost. Ind. Schiffart. c. 3 p. m. 18.* Huc pertinet Cornu illud Aenaeum magnum, *das Kräuselhorn* / quod argentorati è summo templo noctu post cœnam, & dein ipsa noctis meridie hora 12. inflatur; cujus historiam atque originem veram nondum rescire potui. Forte propter Judæos ut colligo ex *J. GEILER Keisersberg: Postil: Germ: p. 14. f. m. 107. a.*

§. 6. MATHEMATICI habent in ASTRONOMIA CORNUA LUNÆ, nîm. prima phasis cum exoritur emergitive à sole, corniculatio dicitur, aut corniculans luna, *Cæl: RHODIG: xx. 7.* Sic Februarius *Germ: Hornung* / dicitur primum à Carolo M. teste *ALBERTO Abbate Stadenfi in Chronic: p. m. 76. b. & 77. a.* EGINHARD: *in vita Car. M.* ut multi opinantur à cornibus, quæ h. t. Cervi abjiciant. In ASTROLOGIA & MANTICA cur Cornua regnum portenderint colliges ex *obss. PASCHALII l. x. de Corn: c. 4. & PIGHII Caractere l. x. Annal: ait RUPERT: ad Val: M. in Indice.* In GEOMETRIA cornua pro anguli prominentia, *GLASS: Philol: Sacr: l. 5. tr. 1. c. 11. p. 1268. & BUXTORF: F. in Lex: Chald: Syr: p. 511. seq.* In MUSICA, sunt Cornua *Germ: Hornhörner*; de illis lege *S. GLASS: Philol: Sacr: l. 5. tr. 1. c. 1. p. 1059. P. RAVANELL: Bibl: Sacr: lit: c. f. 623. b. seq: J. BUXTORF: F. Lex: Chald: & Syr: in voce 𐤀𐤏𐤍 p. m. 511. & VARRO de L. L. l. 4. §. 24.* Inde & CORNUARI atque CORNICINES de quibus *CALVIN: Lex: Jurid: f. 241. Alex. ab ALEX: iv. 2.* Cornu incinunt Tyrrehi, *Cæl: RHOD: ix. 7. Alex: ab ALEX. l. a. huc di Harsch. Hörner / ap. Lucernates ex GRYPHIANDR. de Weiebbild: Sax: c. 12. n. 9 SPEIDEL: notab: f. 573.* In vulgo dicta FORTIFICATORIA sunt di Hornwerel de quibus *BESOLD: thes: pract: voce Festung / Fortification.* CORNUA quoque pars phalangis. *ISIDOR: ix. 3. Alex: ab ALEX: vi. 13. Cæl: RHOD: xv. 21. CALVIN: l. 2. B. BONIFAC: hist: lud: l. 3. c. 31.* Forte huc posset etiam referri. Tuba Stentorophonica Sam Morlandi Angli, *Germ: Sprach: Hornper* quam distincte possumus loqui ad 2, vel 3 milliaria anglica h. e.

h. e. unam & dimid. Leucam Gallicam, teste *Cl. Jean. Bapt DENIS. Fautore & Amico meo magno enses Conferences. p. m. 2. seq.* Ex GEOGRAPHIA varia loca à cornibus denominata e. g. *Horneff / Hornberg / Hornhausen / Hirschhorn / &c.*

§. 7. ETHICI per CORNUTOS intelligunt male moratos, seu moribus ferinis præditos, hinc famoso illo ap. plerasque Germaniæ Academiis ritu Depositiones, ut vocant, meliorum literarum Candidati CORNUTI & vocantur & exagitantur, bellinos ut mores deponant & humaniores fiant; de quo ritu lege Auctores quos allegat C. DORNAV. *in theat. Encom: rom. l. f. m. 815. seqq.* & *Job: MANLIUS in Calend. p. m. 644. Job: DINKEL. orat: pecul: Cui annexum est Carmen Fridric: WIDEBRANDI de Cornutis s. Beanis. Huc etiam CORNUTI in Typographiis de quibus DIETHERR. addit ad Besold: f. m. 180.*

§. 8. PHILOLOGI atque POETÆ plurima habent cornua atque CORNUTOS. Multi gentilium Dii Cornuti, e. g. JUPITER AMMON *VIRGIL. Æn. IV. & ad h. l. SERV. DIOT. Sic: l. 1. Sil. ITAL. III. 8. & IX. 295. Mart: CAPELL. l. 2. p. 39. VOSS. de Idol: l. 1. c. 27. AGELL. III. 3. C. BARTHIVS Adv: l. 15. c. 11. ex LUCAN. X. 514. Alex: ab ALEX. VI. 2. & FREINSHEM. ad Curt: IV. 7. 23. Pan HOMER. in hymn: & Lucian: Dial: Jov: & Ganym: rationem habet B. BONIFAC. hist: lud: l. 3. c. 31. FAUNUS NAT: Com: Mythol: v. 9. Bacchus HORAT. II. od: 19. OVID: de Art: 1. 231. & Epist: 21. v. 13. ATHENÆUS l. 11. Chartar: p. m. 281. & 294. NAT. Com: v. 13. rationes quædam ap. Th. SAGITTAR. quest: illustr: dec: 2. q. 10. Inde & LIBER Pater, vid. omnino G. J. VOSS. l. 1. Idol: p. 425. FESTUS. lit: c. f. m. 273. & OSYRIS Cornutus DIOD. sic. l. 1. VEJOVIS simulacrum Cornutum, Alex: ab ALEX. IV. 12. SOL Cornutus, PHILARGYRIUS *Ecl: 2. ap. G. J. VOSS. VENUS CORNUTA, Alex: ab ALEX. III. 12. ASTARTE Sidoniorum dea taurinum caput habebat, vid. SELDEN. de Dis Syris synt: 2. c. 2. OCEANO CORNUA tribuit EURIP. in Orest. Immo FLUVIIS ubique CORNUA adscribuntur. Ex HYGIN. in fabb. SERV. ad Virg: Æn: VIII. Nat: Com: VII. 2. FFST. BONIFAC. hist: lud: XI. 17. CHARTAR. p. 179. Car: PASCHAL. de Coronis l. X. c. 4. BARTHIVS ad Statii Theb: IV. 831. & VII. 65. MONTES TERRE CORNUA vocati, ex Gor. BECAN. hierogl. l. 13. B. BONIFAC. l. a. Conf. quoque quædam ap. S. GLASS. Phil. Sacr. l. 5. tr. 1. c. 11 p. 1267. De SOMNI CORNU plura C. BARTHIVS ad Stat: Theb: II. 144. & V. 199. Adsunt ACTÆONIS CORNUA, vid. OVID. Met. III. 4. NONNUS l. V. Dio-**

*nyf: APUL. l. 2. met: p. 189. ANAXIM. l. 2. PALÆPHAT. HYGIN. PAUSAN. in
 Baot. PIER. l. 7. hier: Ang: POLIT. c. misc: Sed merito fabulam reputat PLIN.
 xi. 37. ut & illam M. Genucii Cippi ap. OVID. Met. xv. 49. VAL. M. v. 6. & P.
 GREGOR. Theol. l. 26. de Rep. c. 1. n. 13. Huc forte ex antiquis fabulosis Germ.
 carminibus der Hörnere Genfried / de qvo HARNSDORF Grossen
 Schauplatz hist. cix. p. m 36. Huc CORNU AMALTHEÆ, OVID. Fast: v. 121. seqq.
 STRABO l. x. CHARTAR. p. 105 seq. & 181. LOFICH. nott. ad Petron: p. 211.
 ALCIAT. Embl. 118 & fuse B. BONIFAC. l. xi. c. 17. atque J. C. DIETRIC. An-
 tiquit. Bibl. f. 414. seq. ARA Delii Apollinis ex CORNIBUS, OVID. Epist. Cydippes
 ad Acont. Ita SIMULACRUM JOVIS AMMONIS adjectis Cornibus arietinis
 confectum est LUCTAT. Placides ad Statii III. 476. Omnes Deos aureis
 cornibus imprimis delectari scribit B. BONIFACIUS l. xi. c. 12. PHILOLO-
 GICE CORNU & Græci & Latini ad pleraque alia traduxerunt significan-
 da, præsertim extrema sive summa rerum & corporum, ut aræ navis &c. ait
 Lal. BISCIOLO. hor: subsec: v. 1. l. 8. cap. 10. Hinc & CORNUA pro POCULIS, quia o-
 lim ex cornibus fiebant Vinc. CHARTAR. de Imagin. Deor: p. 281 ex THEO-
 POMP. qui etiam ap. ATHEN. xi. 8. & ad b. l. DALECHAMP.
 XENOPHON. de exped. Cyri l. 6. & 7. GTESIAS in Persic. p. 100: 587.
 PHILOSTRAT. Leoninus Senior de asinis Indicis l. 3. c. ÆLIAN. H. A. iv. 52.
 PLIN. xi. 37. MIZALD. memorab Cent 3. S. 93. B. BONIFAC. l. i. hist. lud. c. 62.
 Cael: RHOD. xxv 11. 27. NEAND. de Bacchanal. membr. xi. p. 163 ROSIN. anti-
 quit. v. 28. & 30. L. BISCIOLO. t. 1. l. 8. c. 10. C. BARTHOLIN. de Unicorn: c. 2 p. 8.
 b. NEMESIAN. Ecl: 3. v. 48. LIBENTHAL. Coll: Eth: Ex 8. q. 10 p. 85. ex Pomp.
 LÆT. in vita Valent. Sic Bacchi poculum fuit è Cornu bovis NONNUS
 Dionys. xi. 203. Sic Tartari in Tarku biberunt ex boum Cornibus, OLEAR.
 Itiner f 511. Conf. Petr. della VALLE Reisebeschreib. part. 2. Epist. 5. fol mibi
 177. Samogitiæ incolæ animantium cornibus utuntur ad pocula FOUR-
 NIER Geogr p. 1 l. 3. c. 4. p. 81. Immo antiquissima vasa cornua fuisse, unde
 Poëtæ etiamnum omnia sic dicant, & ea divis suis adscribant, ait SCHO-
 LIAS, ad Statii Theb. v. 199. Huc refero illud PLIN. vii. 19. agentis: Quibus
 (hominibus) natura concreta sunt ossa, qui sunt rari admodum, CORNEL VO-
 cantur. De Cornu hieroglyphico Danico leg. Ol. WORM. Tandem ad-
 do CORNELIOS à Cornibus denominatos, vid. SIGON. l. de nom. propr Rom.
 item CORNUTOS. Sic CORNUTUS Virgillii interpres, de qvo MACROB. V
 Saturn. 19. AGELL. II. 6. Manilius Cornutus ex Prætoriiis legatus Aqvita-
 nicæ Provinciæ ap. PLIN. l. 26. c. 1. Jacobus Cornutus Medicus Parisiensis
 cuju*

cujus scribita meminit LINDEN *de script. l. 1 p. m. 293*. Cornutus alius Mercatoris filius, de quo ridicula historia ap. WIER *de prestig. l. 2 c. 12*. Sed sat Cornutorum, Jam ad Medicos.

§. 9. MEDICI magnam & Cornuum & Cornutorum habent varietatem. In specie ANATOMICI habent CORNUA OSSIS HYOIDIS (rectius C. HOFMANNO *Inst. II. 95. 1.* *ἰσχυροειδὲς* dicitur) RIOLAN: *Encbirid. Anat. pag. m. 25*. Habent CORNUA UTERI Cael: RHODIG: *L. A. IV. 23.* AQVAPEND. *de formato fetu part. 1. c. 1.* CASTELL. *in Lex Med. p. m. 118.* RIOL *l. c. p. m. 178. seq.* & Tb BARTHOL. *A. R. l. c. 29.* Habent deniq; CORNUA FUTURÆ LAMBDODEÆ, RIOL. *l. a p. m. 19.* quæ vide sis. Est qq. *κρηττοειδὲς ἡλικὸν* seu CORNEA TUNICA OCULI, de qua GALEN. *X. V. P. 3.* rationem nominis dat CASTELL. *Lex. Med. p. m. 117. seq.* CHIRVRGICIS sunt Cucurbitularum tria genera, teste ORIBASIO, nempe vitrea, Ænea & CORNEA, quorum duo prima ope caloris trahunt; postremum vero suctione agit; quod licet apud nos exolevit, ab Indis multum æstimatur, nam beneficio istius flatus intestinorum curare callent; *Mam quam primum eger Colica passione apprehenditur, clysterem injiciunt, simulq; cucurbitulas Corneas in abdomine adhibent, quarum apertionem, quam primum aërem ore adtraxerint, digito obturant, cum ut cuti adhererent, tum & flatus dissiparent atq; elicerent, a jente Job: Bapt: & LAMZWEERDE Append. Instrum: Chirurg: tab: 26. p. m. 161. & p. 162. easdem depingit ac ita describit: Tres superiores figura tales sunt Cornea cucurbitule utiles ad arterias & venas gracilitate flaccidas elevandum, nam elevatis subsidentibus venis, sanguis longius & spiritus libere transmeare possunt, nutrimentum arefactis partibus advehendo, sed animadvertendum, ut ponantur juxta cursum vasorum, quæ nutrimentum advehunt. Nec sufficit una harum applicatio, sed juxta arbitrium Medici & rei exigentiam iteranda. Paulo post rursus: Cornea cucurbitule duo habent foramina, unum latum, quod imponitur parti, alterum angustum, ex quo aër detrahatur. Denique iterum: Cornea molliter trahunt minore cum dolore, nec pavidos, cum igne non indigeant, concutiant, Job: van HORNE in *microtechn. p. m. 29.* postquam instrumenta chirurgica varia, pro diversitate materiæ, ex qua fiunt, proposuerat; addit: Cornea, ut sunt cucurbitule, in balneis Germania usitate, ex sumitate cornu bubuli factæ, vid. CASTELLAN. *de Cucurb: c. 3. l. 1.* Fiunt etiam e cornu Catheteres, qui ob flexilitatem suam commodius ingrediuntur per penem. Tales autem sunt, si aqua calenti immergantur, Priora inde Germ. vocantur Schröpf Hörnlein.*

Chirurgis etiam sunt CORNUA, quibus cranium depressum elevetur, FABRIC: Hild: Cent: 2. Obs: 5. Cornicula quoque est instrumentum parvum, excavatum & corneum, quod majoribus aridi membri vasis adhibitum sine igne, & solo oris suctu, s. spiritus per summum & exile foramen revocatione nutrimentum potenter adtrahit, vid: Guilb: FABRIC: Hildan: Cent: 1. Obs: 80, & Nicol: TVLP: b. 3. obs: 49. sunt verba Job: SCVLTETI Armam: Chir: part: 1. tab: 12. figura 7. ubi & iconem additam habet. Conf. qq. quæ supra LAMZWEERDE. Per CORNUA possunt etiam varii suffitus ad aures, uterum, anum &c. admitti. PHARMACOPOEIS, bone DEUS, quot sunt cornua, ad varias medicinas? Eadem possunt partim videri ap. Job: SCHRÖDER: Pharm: p. m. 118. aliosque Et quid multis? Veterum Medicorum instrumenta cornea Cornibus enim li- quores mensurabant, clysteria administrabant &c: GALEN: l. 1. & 2. de Comp: Med. & l. 13. Meth: inquit C. BARTHOLIN. de Unicorn: cap: 2. p. m. 8. b. Deniq; apud CHIMICOS CORNU CERVI est alembici rostrum teste M. RULAND Lex: Alchim: p. m. 175. ex quo (uti fere omnia) Guil: JOHNSONUS Lexit: Chim: lit: C. p. m. 67. CORNU MUSÆ est vasculum Chemicum de quo RENOD. in Isagog: e. x. p. m. 344.

§. 10. PATHOLOGI tandem (huc enim Scopus noster tendit Curiosa Cornua variosque in scenam producunt Cornutos. Nec enim fabulosum est, homines Cornutos reperiri, inquit RUPERTUS ad Val: M. & Sam: EGLINGER Coroll: 6. ad disp: de Lien: & Cæl: Basil. 1667. Sed quid op9 hisce, cū rerum testimonia adsint luculenta in secuturis exemplis.

§. 11. (I.) EBN ZOHAR (rectius enim ita Celeb. G. H. VELSCHIO Fautori ac Amico meo honoratiss. de Vena Medim: cap: 1. p. m. 10. vocatur, ac vulgo AVENZAOR) l. 2. cap: 5. ait: *Audivi diei à patre meo, quod euidam viro vidit nasci in dorso suo os ad similitudinem unius cornu, quod erat minoris duritiei ossis naturalis.*

§. 12. (II.) Idem EBN ZOHAR l. a. addit hæc: *Mibi etiam fuit os unum super dorsum, magnum mihi inferens dolorem.*

§. 13. (III.) J. C. SCALIG. Exerc: 199. f. 5. ait: *Cornua hominibus adnasci, egritudo est, non monstrum, de qua principi Aboali, atque maximo viro Abumero narrantibus, equidē propter eorū auctoritatem adducebar, ut credere, donec unū vidimus in dorso remigis cujusdam, qui in Ligurū trireme diu fuerat.*

§. 14. (IV.) AMATUS Lusitanus C. 1. curat 51. hoc offert: *Natus est puer cum Corniculo in capite, non dolebat, nec quidquam obnoxii ex eo percipiebat:*

bat: grandior vero factus puer, cornu quoque crevit, quod omnino deponendum ex capite puer contendebat, & à patre efflagitabat, ob id quod pueri illum Cornutum appellabant. Accersito igitur Chirurgus plus justo audace; primo partem superiorem præcidit, ex qua incisione, nullum fere puer dolorem sensit: Chirurgus vero credens ita eventurum, si radicibus corniculum resecuerit, opus aggreditur, sed infelici successu, brevi enim, vel intra paucas horas puer obiit, nec mirandum, cum cornu illud prædurum in parte inferiori, conflatum ex cranio & medullari cerebri substantia esset. Ex eodem refert quoque C. BARTHOLIN, de Unicorn. c. i.

§. 15. (V.) Alexand: BENEDICT: Anat. l. i. c. 14. narrat se vidisse in Creta, vulnerato sagitta genu, cornu nigrum rupicaprae capiti simillimum prodisse, materiamque, quæ in ossis substantiam converti debuisset, in corneam naturam aëris adflatu facile conversam fuisse, concinneque gummi modo indurescentem; ap. SENNERT. in Prax: Et ex SCHENKIO I. B. DENIS loco mox citando.

§. 16. (VI.) Simile huic est, quod refert Cl. Jean. Baptist: DENIS en la seconde Conferente présentée à Monseigneur le Dauphin p. m. 176. quod quantum potui; reddidi Latinum hisce. Descriptio missa à Cardinali Mediceo ad Patrem libelli Magistrum sacri palatii Romæ concernens cornu prodigiosum, quod crevit supra tibiam in patellæ obposita parte. Reperimus plurimas historias quæ faciunt mentionem ejusmodi deformitatum, quæ ad hanc accedunt, quarum quædam contigerunt in ipsa natiuitate, alia post eandem, v. g. visus fuit Quiery decem milliaribus Turino dissito infans, qui nascebatur cum 5 Cornibus, similibus arietinis: Et Panormi visa fuit puella producere alia; vitulinis similia, per omnes sui Corporis partes, i. e. non solum in capite & in fronte, sed etiam in omnibus juncturis pedum & brachiorum, ut SCHENKIVS refert in suis obss. Visa fuerunt enata adhuc excrescentia prodigiosa naturæ in diversis vulneribus, cujusmodi accidit illud Cornu, cujus hic damus descriptionem. Hoc tempore Florentie est homo montanus agens annum septuagesimum, qui habet faciem caprinam, & corpus aridum atque consumtum, quod denotat temperamentum calidum & siccum. Habet infra juncturam tibiae dextræ Cornu, quod ipsi accidit ex vulnere neglecto per triennium. Ulcus incepit per magam scabiem, quæ eo in loco ipsi contigit, & quæ sensim accrevit magis magisque. Ita tota illa pars scabiosa reddita fuit. Materia quæ inde egrediebatur, statim inspissabatur veluti gluten, dein indu-

indurata formata fuit species Cornu, longitudine palmi, crassitie vero duorum pollicem versus radicem, quæ sensim magis magisque diminuitur & acuminatur in forma aliquot ramorum. Sed tandem replicatur per medium parvi nodi, qui illam torquet infra versus talum, ut videtis in figura sequente, (ibi appicta est) Illud est coloris cinericei mixti cum flavo, Substantia est Cornu firmi & duri; emittitque fetorem intolerabilem. Superficies non est polita, sed cernuntur quedam concavitates, vel potius sinuositates, quæ tendunt à superiore parte ad inferiorem, & basis, quæ conglutinatur cum osse, circumcincta est excrecentia carnosâ, quæ veluti Coronam circumcirca format. Illud cornu productum est bis post triennium. Nam biennio postquam apparuit prima vice, evulsum fuit, sed illud renatum est statim multo crassius ac antea Rursus abscissum his diebus præteritis, & concludebatur radicem igne exstirpandam esse. Videbimus successum in sequentibus.

§. 17. (VII.) Næc fere alienum videtur, quando FALLOP. l. d. part: familiar: cap. 7. scribit, interdum quasi cornu in integris ossibus, non in fracturis nalcis, quod quidem cornu excreseat extra carnem & cutem, idque se vidisse Patavii in femore cujusdam nobilis, ex cujus crute excrevit quasi paxillus longus, citante SENNERTO.

§. 18. (VIII.) DALECHAMPIVS ad Plin: l. xi. c. 37. nott. lit. D. adnotavit Cornu in fronte nobilis feminae natum, quam de Fortive Montpessulani vocarunt digiti longitudine, quod præcisum ipse viderit, ceu ex eodem allegat C. BARTHOLIN de Unicorn. cap. 1. pag. mibi 1. b.

§. 19. (IX.) Stupendum atque notabile est exemplum, quando Job: Phil: INGRASSIAS l. de Tumorib: p. n. tr. 1. cap. 1. refert se vidisse Panormi nobilem quandam puellam virginem, quam plurimis recurvis, simulque in summo exacuatis excrecentiis corneum vitulorum instar, in omnibus fere artubus, præcipueque manuum, cubiti & genuum correptam, etiam in capite & fronte. Ibidem pergit: Veruntamen non sub cute, sed super ipsa oborti erant tumores illi, & quidem novo quodam generationis ordine. Etenim veluti lapidis generatio contingit in vesica, ut scilicet alia paulatim, atque alia super aliam velut tunica ad veniente, in magnitudinem increseat: Ita & in illis adspeximus plurimas veluti osseas crustas, sibi invicem inherentes, non secus etiam, ac si avellanorum cortices dimidios, alterum altri super imponas, minorem tamen majori, ut in acutum, pyramidisq; effigiem conjungantur. Taeti autem circa basin maximopere dolebant, & in tantum firmissime, ac summa duritie inherabant: ut nemine Medicorum aliquo remediorum genere suc-

CUR-

currere valente ad nos tandem, post multos jam sui morbi atque oreus horum annos, consanguinei venerint. Continuo enim & magnitudine, & aliis novis enascentibus, numero etiam augebantur. Quam DEI optimi max. gratia paucissimis diebus ad sanitatem reduximus. pristinamque pulcritudinem. Cum tamen turpissima evaserit, demonium potius, quam hominem præ se ferens; usque adeo ut parentes libentius mortem, quam vitam illi optarent. Ex eodem refert RENOD: de mat. med. l. 3. c. 21. & ex SCHENKIO I. B. DENIS l. 2.

§. 20. (X) Hieron: FABRIC. ab aquapendent. novit Patavii Nobilem Virum, cui paullo supra frontem corniculum durissimum nascebatur, crassitie digiti manus minimi, longitudine olivæ Hispanicæ, substantia ungui persimile.

§. 21. (XI.) George Cheuffroy de Monthazon tertio lapide de Turonum Gallie Civitate distans sartor, etatis sue præter propter sexagesimo anno 1630. ex lapsu contusionem bregmatis dextri passus est, qua ut credebatur, in speciem sanata, paullo post juxta aurem dextram gravissimo dolore oborto, materia carnosissima pullulavit, ex hac tanquam ex radice materia dura, quæ indies aucta est, & tandem in cornu abivit, quod siue formam, siue duritiem spectes simile arietino fuit. In radice dolorem sensit satis acrem, præcipue si cornu illud moveretur, sensu alioqui destitutum. Hæc Cl Th BARTHOLIN: Cent: V. hist: ex communicatione Celeberrimi Senis Job. Cass; BAUHINI; Fautoris atque Amici mei Magni.

§. 22. (XII.) A.C. 1639. Puero decenni rustico Corniculum longitudine indicis in capite succrevit, qui Bononiam venit scribente Vl. ALDROVAND: l de Monstris f. m. 126.

§. 23. (XIII.) Famigeratissimus Dn. Th. BARTHOLIN: Loco paullo ante laudato inquit: Me præsentè Anatomicus summus Job. VESLINGIUS virgini claustrali Patavinae annorum etatis sexaginta, in Cœnobio S. Sophiae, precibus ejusdem victus, Corniculatam epiphysin excidit, in frontis elatiore parte sinistrorsum enatam. Substantia cum vaccino cornu eadem erat, durities, lenior ac color similis. Ex ampliore basi paulatim in acumen sursum extollebatur, extremo nonnihil inflexo, longitudine digiti articulum & latitudine adæquans.

§. 24. (XIV.) Idem laboriosissimus Vir Cent: I. hist: 78. hoc exemplum producit: Purmerenti in septentrionali Hollandia paupercula mulier Margareta Mainers septuagenaria degit, quæ viginti retro annis, ex mœrore prodigi filii tumorem primo in dextra capitis parte supra muscalum temporalem obser-

vavit

vavit, qui in cornu tandem excrevit digitos XII. longum, caprini cornu crassities
 & duricie similitudine. Ex temporum fere regione seu sincipite emergens refle-
 ctitur, incurvaturque, sursumque summum caput petit, cui se mobile applicat, ut
 commode vitta tegi possit & occultari. Ad radicem rubet cutis, & prurit, si que
 rudius tractetur, sanguinem prolicat. Inter Caput & Cornu olim vix digitus
 inferebatur, nunc totam manum admittit, quia continuo crescit. In vici ipsam
 1646. & studiosè lustravi, hancque femine grandævæ imaginem per pictorem ex-
 pressi. Vbi simul addit dedita opera in observationibus suis novis de Vni-
 cornu signasse se alios Cornutos utriusque sexus passim visos & lectos.

§. 25. (XV.) Emanuel URTISIVS ap. Guith: FABRIC: Hild: Cent: 2.
 obs. 25. inquit: Coronidis loco historiam quandam prodigiosam atque annota-
 tione non indignam, de quodam homine Cornuto, quem Anno 1598. Lutetia Pa-
 risior, una cum Cl. D. D. Jacobo Faschio p. t. in alma Academia Basiliensi P. P. ac
 celeberrimo, Domino item Job Eckenstenio t. t. discipulo meo, ipsemet vidi, ejusq;
 cornu manibus palpavi, contrectavique, subnectere lubuit. Erat s. Cornutus il-
 le Franciscus Trouillou nomine, homo stature mediocris, corpore satis obesius re-
 pletus, calvus (occipitio excepto, quod capillis aliquantum investiebatur) alias
 morosus admodum, moribus ac gestibus rusticis plæ præditus ac pelle vulpina vestitus, ad
 eum ad spectu omnino horridus esset: natgin viculo quodam, Gallice les Mezieres indi-
 gitato, qui ut D. Laverdinum, Regis Galliarum Palemarckum spectat. Huic à teneris
 in locis silvestribus à carbonariis educato, ad annum septimum usque ætatis suæ,
 nullum adhuc alicujus cornu indicium apparebat, quo tamen tempore è fronte
 primum extuberare cepit, adeo ut circa annum 17. ætatis suæ, ad instar apicis ali-
 cujus, digiti magnitudine prominere. Quod postmodum progressu temporis
 paulatim ejusmodi incrementum accepit, donec tandem circa annum ætatis suæ
 35. tam magnitudine, quam forma cornu arietis prorsus referret atque adæqua-
 ret. Cornu hocce è medio frontis enatum, superne ad verticem, futuram coro-
 nalem usque retortum, progrediebatur, ut cutem eo loci omnino ferme adtinge-
 ret, quod etiam (ipsemet id referente) jam semel antehac firmiter adeo cuti in-
 hæserat, ut doloris evitandi gratia, id ipsum necesse fuerit aliquantum rescare
 atque rescindere. Quoties cornu illud palpabatur, vacillabat; cornutus vero
 inde dolorem maximum persentiebat, ut tandem ab adstantibus vix amplius sibi
 istud palpari passus fuerit. Hoc autem an in ipso frontis osse, vel cute solummodo
 radices suas fixas habuerit, usque adeo mihi non constat, credibile tamen, quia
 cornu tam amplum atque ponderosum, radices omnino in cranio ipso egisse.

An

An item cornutus ille dentibus molaribus praeditus fuerit, non observavi. Quae autem ratione, & ex qua materia cornu istud in hoc homine generari potuerit, id omne Tibi perpendendum relinquo. Tandem cum cornutus ille per duos menses Parisiis conspiciendus expositus fuisset, Aureliam versus conductus fuit. Quo loci cum pervenisset, paullo post diem suum obiisse, intellexi. Haecenus URSTIUS, Idem exemplum allegat quoque RUPERT ad Kal. M. V. 6. p. m. 349. Hicque est idem RENODÆI Cornutus de Mat. Med. l. 3. c. 21. p. m. 323. quem Lutetiae A. C. 1600. vidit, Meminit etiam Aug. THUANVS t. 6. l. 13. p. 874. Eundemque D. Christ. FABRIC. vidit, teste Th. BARTHOL. Cent. 1. Epist. 20. & depingit ALDROVAND. de Monstr. f. 125. Immo ipse HILDAN in Operib. f. 104.

§. 26. (XVI.) Guilb. FABRIC. Hildan. Cent. 2. obs. 26. In responsione ad Urstisium modo citatum scribit: Historia de homine Cornuto, quam nomen communicasti, multum placet, imprimis, quia effigiem simul addis. Habet Du. Bartholomæus CABROLLIVS, olim ap. Monspelienses Chirurgus celeberrimus, simile exemplum Refert enim Monspeliensem Jean Guy nomine, ipsius Consilium ac opem implorasse, ac cornu quod sibi ex fronte, ad latus sinistrum, exsurgebat, monstrasse, simulque, ut id amputare vellet, petiisse. Firmiter autem cranio adhaesisse, & semi pedem longum, crassum vero pollicem fuisse, scribit. Ad radicem abscisso Cornu, sanguinem tam copiose effluxisse, ut cauterium actuale applicare necesse fuerit, addit; nihilominus tamen mundificato ulcere & inducâ cicatrice, virum huncce coaluisse asserit. Nim. habet CABROL, obs. 11, & ex eo quoque meminit BORELL. Cent. 1. Obs. 14.

§. 27. (XVII.) Puellæ Cornutæ hincoriam (non tantum raram, verum etiam admirandam, & ita quidem, ut an unquam similis casus visus fuerit, valde ambigat Guilb. FABRIC. Hildanus) conscriberit D. Paullus LENTULVS, ceu colligo ex HILDAN. Cent. IV. Observ. 31. Eam tamen alicubi typis excusam dubito; proponit tamen Hild. ib. hisce A. 1612. puellam 18. circiter annorum, ex pago quodam Bernam adductam ibidemque Nob. ad Doctiss. Viro D. Paul. Lentulo, p. r. D. Med. Ord. à Magistratu Ampl. curandam commissam fuisse meminisse. Hujus puella dorsum, brachia & crura cornibus scatebant: eorum nonnulla duos transversos digitos erant longa, nonnulla incurvata, sed major pars recta, & fusci coloris erant. Ego cum 28. Novembr. ex Belgio reversus essem Bernam, puellam hacce in nosocomio sanam vidi, cicatrices quin etiam, & vestigia Cornuum palpavi, omniaque, quae acciderant à D. Lentulo mihi

C

rele-

relata fuerunt. Effigiem ad vivum depictam, hic annectere volui. Haftenus
HILDANUS.

§. 28. (XVIII.) P. BORELL. Cent. 1. Observ. 14. dicit: Mibi etiam as-
sertum à Monacho, se vidisse Fratrem Ordinis Prædicatorum, cui Cornu tale ju-
xta oculum exiit.

§. 20. (XIX.) Chiron Neapolitanus M. A. SEVERINVS l. v. c. 25. de
abscess. recond. nat. p. m. 256, observavit in Sartoris Neapolitani frontis angu-
lo corniculum, quod erat specie vitulæ junioris.

§. 30. (XX.) D. Destanoue Monspelienfis Chirurgus, inter rara que-
dam, quæ curiose asservabat, cornu trium digitorum longitudinis, cujus basis duo-
rum digitorum crassitiem æquabat, incurvum & subfuscum mihi ostendit, quod
è gena cujusdam mulieris exstirpavit sub quo cancer repertus fuit: sunt verba
BORELL. l. a. Videt. Petrus ESTANOUE habet ap. RIVER, obs. Communie.
6. p. 348. his verbis: Cuidam vetula supra Zigoma corpus durum & callosum e-
natum est duorum digitorum transversorum longitudinem æquans materia &
figura Cornu omnino referens, latum in basi & acutum in cuspide, quod successu
temporis sponte cecidit, & illius loco Cancer obortus est. Quæ verba si pen-
sulate conferemus cum Borellianis, discrepabunt quoad antenus.

§. 31. (XXI.) Rob. FLUDD. de Fluxibus lib. IV. Anat. c. 8. dicit in Pres-
byteri superficie convexa lienis Cornua erupisse exturgescencia tanta du-
ritie, ut vix scalpello scabi potuerint.

§. 32. (XXII.) De Chimista [rectius Chemico] quem suspensum in
Ducatu Charitinorum ipsique ex oculis duo Cornua, longitudine instar digiti
enata vidit KORNMANN; de mirac. mort. p. 5. c. 7. notius fortasse exemplum,
ait Justus BERTRAMVS ap. Thom. BARTHOLIN. Cent. 2. Epist. II. p. m. 439.

§. 33. (XXIII.) Cl. D. D. Zachar. MANNAGETTA in Ephem. Germ.
Curios. Ann. I. Obs. 30. ait: Vir quidam Consularis [potius Præses consilii &
Parlamenti Urbis Byon, in Ducatu Burgundie, dictus Dn. de Laine, jam sexage-
nario Major, constitutionis atrabilaris longo tempore febris tertiana continua ex-
quisita correptus, difficillimeque curatus, incidit in affectum Cornutum hoc mo-
do: Excreverat ei circa duarum ultimarum Costarum spuriarum vertebrae tu-
mor quidam inequalis, durus, sensus exquisiti, ad magnitudinem Castanea, qui
per decennium nec augeri, nec minui, neque ullis medicamentis adhibitis poterat
curari; tandem à quinque annis notabiliter augeri, veramque Cornu Cervi
junioris figuram emulari cepit, in quo tantam altitudinem excrevit, ut nisi orbi-

culatim amputatum fuisset, usque ad certam aliquam distantiam (ad crassiciens circiter digiti à cute) ubi sensus incipit exquisitissimas, ipsum Cornu altitudinem dimidii pedis excederet. Varia jam ab Experimentissimis quibusvis Medicis fuerent tentata remedia, sed omnia incassum, levibus enim non cedit, fortioribus exasperatur.

§. 34. (XXIV.) Eruditiss. D. D. Frid. LACHMUND: uti est Ephem. Germ. Cur. Ann. 1v. & v. Obs. 180. hoc habet inqviens: Apud Dn. Bernh. Schraderum Chirurg. Delphens vidi Cornu, substantia & duritie simile caprino, cujus ferme erat coloris, quot ante al. quot annos excreverat in superiore parte pedis feminae, in civitate Delphensi. Consuluit Schraderum, cujus consilium sectio fuit, quam feliciter, quanquam radices fere ad periostium egerat, fuit absoluta anno 1653. mense Augusto. Ego curiositatis gratia feminam adii; qua callum sectionis monstravit; Cornu depingendum curavi, cujus magnitudo & figura ex apposito schemate comparet.

§. 35. (XXV.) Nescio an inter historias, an fabulas collocem sequens exemplum. Certe non adeo repugnat fides, nisi quod subinde fabularum Sesamum adspargatur; habetque hoc Ptolomeus HEPHÆSTION ἡ δὲ τῆς εἰς πολυμάθειαν καὶ νῆς ἰστορίας i. e. nova ad variam eruditionem historia lib. 3. ceu scribit POITHIUS Patriarcha Bibl. n. cxc. f. m. 245. Edit. August. 1601. hisce: Τὸ δὲ τὸ ἐν αὐτῇ ὑπὸ τῆς Ἡρακλεοειδῆς, ὡς κέρασ ἐκεῖ τὸ ἀεὶ σὺν μερῶ τῆς κεφαλῆς ἐκπεφυκὸς μικρῶν, καὶ τῶ λῆσαι ὁ σικυώνι. Ἐπωπεύς ἐκ μουραχίας ἀνελὼν αὐτὸν, καὶ κερμῖσσι ἐπὶ τῶ κέρατι τὸ εὐγὸς ὄδωρ, καὶ βασιλευσοὶ τῆς χώρας. interprete C. SCHOTTO fol. m. 184. Tertio vero libro de Hyllo Herculis filio commemorat, Cornu eum parvum ad levam capitis partem adnatum habuisse, quod Epopeus Sicyonius cum in pugna illum occidisset, acceperit, tuleritque in eo stygis aquam, & regnum ora illius occupaverit.

§. 36. (XXVI.) Denique Excellentissimus D. D. Salomon REISEL, Physicus Wormatiensis Primarius; Fautor Collega & Amicus dulcissimus in doctissimis literis ad me 1. April. 1676. hoc communicavit, ita scribens: De Cornutis ut quid addam, prater hinc inde sparsa, quae tu sine me habes, non habeo, nisi hoc, quod Prator & XIII. Vir Wormatiensis p. m. Dn. Rauchbar retulit; Norimbergae cuidam cornu sub papilla sinistra à contusione cornu bovine enatum fuisse, quod resecto apice intus molliusculum apparuerit, spectantibus Dn. D. Hainle & D. Hornio, quam tamen historiam forte Norici Medici in suis Observationibus retulerunt, aut cum copiosiori relatione in suis loculis adhuc servant.

§. 27. Hæc sunt Cornutorum exempla ex fide testium auritorum
 atq; ocularium. Possent varia adhuc MONSTRA CORNUTA allegari e. g.
 Infans CORNUTUS, qui dies 14. in utero ejulavit ap. J. WOLF. *memorabil. t. 1.*
f. 529. Et fere videtur idem esse cum eo, quod habet *id f. 916.* Aliud *ib. ib. f. 31.*
 Et rursus aliud *ib. fol. 550.* Conf. C. SCHOTT. *Phys. Cur. l. v. c. 6.* ZAGVT. *Lu-*
si l. 3. Prax. adm. obs. 93. LICET. & WEINRICH. *de Monstr. ex quo NYM-*
 MAN. *de vita fetus in utero p. m. 44.* LYCOSTHEN. *de prodigiis & ost. Puer*
 5. Cornibus natus refertur à J. B. DENIS *l. a. forte ex PAREO l. 24 c. 2.* habet.
 Monstri humani Cornuti in Marchiæ villa Dammenwalde prope Wit-
 stock nati meminit FINCEL. *de mirac.* De alio infante Cornuto ap. Lin-
 gones *vid. Gilb. COGNATUS Nozerenus l. 8. narrat silv. p. m. 565.* Verum
 hæc potius Physicis quàm Medicis; Hi enim non tam Cornutos ab ortu;
 quàm illos; quibus per morbum enascuntur, ceteroquin sanis; confide-
 rant; quo sensu intelligendus SCALIG. *Exerc. 199. f. 5.* dicens: *Cornua ho-*
minibus adnasci aegritudo est, non Monstrum.

§. 38. Cornu igitur tale h. m. acceptum potest definiiri Tu-
 mor p. n. in externa aliqua corporis humani parte enatus;
 similitudinem Cornu animalis Cornuti quodammodo ha-
 bens, & lædens actiones.

§. 39. Quo referantur Cornua in Pathologia auctores varie sen-
 tiunt. THEODORIGVS, Episcopus Cerviensis & Chirurgus *l. 3. Chirurg.*
c. 27. ad APOSTEMATA videtur trahere, quando scribit: *Multoties in capite*
sunt apostemata quædam, quali Cornua, dura tanquam lapis & sunt de gene-
re nodorū. Verum quo jure nominet apostemata non video, nec me docere
 potuerunt GORRÆ9 & FOESI9; nec C. HOFMANN: utut *in instit. Med. l. 3.*
c. 15. §. 44. scribat tripliciter accipi *vò dicitur*, nempe latissime, late & pres-
 se, cum nullum eorum Cornu competat.

§. 40. Ad Tumores plerique fere referunt, & recte. Sed
 specialius non conveniunt: hinc *Abwali ibn. t. sina* (uti PIENS
 cum scribit) seu EBNSINA (uti rectius Celeb. VELSCHIIUS
 cum Arabes Rerseqve semper ita *l. 4. fen 7. tr. 3. c. 14.* ait: *CORNUA sunt addi-*
tiones spesse, curva, nascentes super juncturas in extremitatibus propter vehe-
mentiam operationis. Eadem qq. habet P. BAYRUS *in Veni mecum l. 24. c. 10.*
p. m. 652. sed fluctuare videtur LANFRANCUS *tr. 3. doct. 2. c. 3.* vocat cranii
 manifestas EMINENTIAS Th BARTHOLIN. *C. V. b. 27.* vocabat illud Virgi-
 nis Epiphyfin *Corniculatam.*

§. 41. CL. LINDEN. *meletem* l. 2. num. 51. refert ad EXOSTOSIN, hanc iterum ad ECPHYSIN, & ita ad ametrian in membro solido; qn. scribit; *Exstosis est ecphysis ossea: sive veri ossis sit, ut nodus aut Cornu in Dionysicis; sive instar ossis, ut tophus veneris.* Immo & ipse C. HOFMANNUS non adeo repugnare videtur, qn. *Inst. Med. III. 12. 5.* ait: *An sunt isosares Gal. & veterum aliorum?* Verum differentia revera est inter CORNU & OS, & consequenter etiam inter *ἰσώσαρι* & Cornu. Ut ut non negaverim aliquam adfinitatem.

§. 42. Aliqui ergo ad Nodos reducunt; sicut fere fecit SENNERT. *Prax. V. 1. 38.* qn. eodem capite & cornua & nodos; immo utrosque qq. eadem curatione pertractat. Immo jam olim de genere nodorum esse scriberat THEODOR: l. 3. *Chir. c. 27.* Verum aliqua adhuc est inter nodos, & quæ hæc tractamus Cornua, differentia: Illi sunt in ossibus tumores durissimi, qui firmiter subjectis ossibus insistent, nec ab illis loco moveri possunt; teste CORBEJO *Parthol. l. 2. s. 5. c. 17.* EBNSINA qq. definit per *Dubeta frigida*, teste MANARD. l. 7. *Epist. 2.* Jacobo DONDO nodositates dicuntur German. Oberhein CORBEJ l. 2. (quamvis GANGLIA & NODOS differre scribat alio modo MANARD. l. 4. p. 176. alio FERNEL. l. 7. *Pathol. c. 3.* Confundit tamen SENNERT. *Prax. v. 1. 34.* ut ut ante differre dixerat; & ROMPF. *ad Schmitz. Comp. Pract.* nodum qq. ad ganglium remittit) Cornua verò hæc partim subjecto, partim figura, partim substantia; colore &c. differre putamus C. HOFMAN, quidem *Inst. III. 12. 5.* distinctionem adhibet; aitq;: *Hæc Cornua nodi ab initio vocantur.* Verum tutius arbitror nomina ejusmodi non confundi.

§. 43. Ad VETRUCAS non pauci locant Cornua; & ex earum genere esse statuunt uti TAGAULT. *Inst. Chir. l. 1. c. 2. & 9.* AMAT. *Lust. in Schol. ad Cent. 2. Curat. 38.* C. HOFMANN. *Inst. Med. III. 12. 5. & Pathol. parv. cap. 26. §. 6.* (ibidemque ponit inter morbos in numero aucto) P. J. SACHS. in *Schol. ad Ann. I. Ephem. Germ. Cur. observat. 30.* BORELL. C. 1. O. 14. Et P. BAYRUS in *Veni mecum l. 24. c. 10. p. m. 652.* inquit: *Dura sicut clavi, & aliquando nascuntur in planta pedis sub pollice.* Avic. appellat *Almismar*, & est sicut verruca impediens ambulationem. Verum SENNERT. *Prax. v. 1. 38.* inquit: *Plurimi ad verrucas etiam referunt Cornua, eaque statuunt esse verrucarum quoddam genus oblongum & instar Cornu recurvum.* Verum longe latius ab Arabibus & posterioribus Medicis nomen hoc extenditur. Et quidem (pace Tantorum Virorum) recte, si quidem nec descriptio verrucarum; quam dant SENNERT.

Prax. v. 1. 37. CORBEJ. *Pathol. l. 2. f. 5. c. 18.* MARTIN. *Lex. Philol. lit. v. &c.*
 competit; nec capit hæc cornua divisio verrucarum proposita a CORBEJ.
 l. 4 in acrochordones, thymia & Myrmecias, ut alia ta-
 ceam.

§. 44. Remotis ergo modo dictis forte non inepte statuemus Cor-
 nua hæc esse TUMORES p. n. hos iterum (non adtendentes quæ movet C.
 HOFMAN. *Instit. III. 130. 4*) esse morbos organicos in magnitu-
 dine aucta; prout divisionem fecimus in *synopsi nostra Instituit. Med. §.*
26. p. 28. Nim. sunt tumores sui generis ab aliis facile qui poterunt discerni.

§. 45. Antea vero, quam pergam ulterius; adhuc animo oberrat
 nomen DIONYSISCORUM; quo uti LINDENIUM *supra §. 40.* vidi; quidque hoc nominis sit contemplandum mihi proposci. Inter plurimos,
 quos volvi revolvique auctores, aut nulla, aut pauca, aut obscura, aut falsa
 (rarissime solida adinveni. In nomine hanc invenio diversitatem, quod
 LEXICON. *Græco-Lat. Basil.* scribat Διονυσισκοί, οί. Job. SCABULA autem
Lex. Græc-Lat fol. m. 407. H. STEPHAN, in *Indice in Thesaur. Ling. Græc. fol.*
762. & CASTELL. *f. 118.* Διονυσισκοί; Immo GORRÆUS *definit. Med. Διονυσκοί.*
 Quod alius per synæopen factum credebat, ego per Typographi errorem.
 Rectissimum puto Διονυσισκοί. Ita enim AUCTOR *Definit.* quo antiquio-
 rem in hac re non vidi. Quod ad rem ipsam; nec in ea convenitur. Ridi-
 culum est, quod dicit CALEPINUS (vel quicumque Auctor est rudis indi-
 gestæque molis) *Lex. hac voce f. m. 323. a.* DIONYSICI, orum. *m. f. sunt*
tabernacula, quæ in temporibus capitis nascuntur. Puto enim vel vitio
 Compilatoris vel Typothetæ factum, ut pro Tubercula, legatur, tabernacu-
 la. In se Διονυσισκοί est q. d. Bacchulus teste J. SCAPVL *Lexic. f. m. 407.* nempe
 à Διονύσῳ diminutivum est Διονυσισκοί Bacchulus; ait H. STEPHANVS *l. a.*
 Videl. sic dicuntur à Baccho quæ Poëtæ Cornutū fingunt; GORRÆVS *l. a.* ex
 quo CASTELL: procul dubio. Hinc ita vocitatur osseæ eminentiæ quæ prope
 tempora nascuntur. Dicuntur & κέρας h. e. Cornua, detorto à Cornigeris ani-
 malibus nomine; ita GORR: *definit. Med. hac voce f. m. 84. b.* H. STEPHAN:
l. d. & in Dictionario Medico p. m. 274. J. SCAPVL *l. a. & Barth. CASTELL,*
Lex. Med. f. 159. sed quid opus tivulis? Ad fontem! Ita AVCTOR τῶν ὀργῶν ἰα-
 τρικῶν; s. Definitionum Medicarum (quem alii Galenum volunt, alii, nec
 forte male; inter notia Galeni referunt) *Edit. Oper. Gal. Græc. Basil. 1538. f.*
m. 401. inquit: Διονυσισκοί εἰσὶν ὀσάδεις ὑπεροχαὶ ἐγγύς προβάτων γυνώδριαι, λέγονται δὲ
 κέρας ἀπὸ τῶν κέρας φορέων ζώων κικληθῆσαι; i. e. interprete H. STEPHANO: Dio-
 nysisci

myfici sunt ossæ eminentiæ propter tempora exorta. Eadem Cornua appellantur, nomine ab animantibus Cornigeris ducto. Et ita hic Auctor Dionysiscos inter affectus p. n. numerat, ceu contestatur GORRÆVS l. 4. & CASTELL. p. m. 118. Ut jam satis habuerimus causæ investigationis hujus.

§. 46. *SVBJECTVM*) varium est, juxta corporis peripheriam. Neutiquam vero absolute inter capitis affectus tantum est referendum hoc malum, uti fecit LANFRANC. *tr. 3. diatr. 2. c. 3.* Ut sciamus fuisse in CAPITE pueri ap. AMAT. *Lus. Cent. I. cur. 51.* & THEODORIC l. 3. *Chir. c. 27.* & femine in dextra capitis parte supra musculum temporalem: *Tb. BARTHOL. C. 1. b. 78.* In læva capitis parte *Protopol. HEPHÆSTION. π. τῆς ἐς πολυμορφίας ἰσοείας l. 3. ap. PHOTIVM Biblioth. n. 190.* In CRANIO, RIOLAN. *Encbir. Anat. l. 6. c. 6. p. 435.* In FRONTE; *Id. ib. DALECHAMP. ad Plin. xi. 37.* ejusq; latere sinistro ap. CABROL. teste HILDAN. *C. 2. O. 26.* qui addit firmiter cranio adhæsisse. Ita in frontis elatiore parte sinistrorsum in virgine Claustrali exemplum est supra XIII §. 23. & aliud XV §. 25. Juxta Oculum in Fratre *Ord. Præd. Exempl XVIII. §. 28.* Ex oculis suspensi XXII. §. 32. Juxta Aurē dextrā XI §. 21. In GENA mulieris XX. §. 30. Alibi quoq; emergūt ait RIOL. *l. d. & aqdit: Sed etiam in aliis ossibus, digiti longitudine vidi cornu, ad extremum TIBIÆ, instar calcaris protuberans. P. BAYRVS in Veni Mecum l. 24. c. 10. p. m. 652.* inquit: *Nascuntur super juncturis in extremitatibus & aliquando in planta pedis sub pollice Conf. EBN SINAM l. 4. fen 7 tract. 3. c. 14.* In CALCA-NEO quoque enatum Cornu refert ZACVT. *Lusit. lib. 2. Observ. 178.* In superiore parte pedis femine radices fere egerat ad periostiū, vide *Ephem. Germ. Cur. Ann. IV. & V. obs 80.* In GENU V §. 15. Puellæ Bernensis DORSUM, BRACHIA & CRURA cornibus scatebant XVII. §. 27. & addit HILDAN. *C. 2. O. 25.* quod non ossibus, sed cute & carne saltem adhæserint. Pejor fere erat Puella Pa-normitana, quæ cornua habebat quàm plurima in OMNIBUS fere ARTUBUS, præcipue manuum, cubiti & genuum, etiam in Capite & fronte IX. §. 19. In DORSO & JUNCTURIS SCHENK *obsf. 732. Conf. SENNERT. Prax. II. 2. 24. p. m. 303. b. in fine.* In DORSO. *Exempl. I. II. & III. §. 12. & III. §. 13.* (ossis quoque in dorso adnati meminit ZACVT. *de pp. Med. hist. l. 2. b. 4. f. 169.* hæc obiter ex Physicis Cornu RHINOCEROTIS de quo C. SCHOTT. *Phys. Cur. VIII. 69. Conf. PLIN. XI. 37.*) AD VERTEBRAS ULTIMAS COSTARUM SPURIARUM, D. Z. MANNAGETTA in *Ephem. Germ. Cur. Ann. I. Observat 30.* In SUPERFICIE CONVEXA LIENIS, XXI. §. 31.

§. 47. Antea vero quàm investigemus hujus mali causas, natura
COR-

cornuam in genere ex Physicis esset præsumenda. Verum cum campus hic vastior sit, quem Laconica hac brevitate emetri possumus, propterea vel nulli vel parci erimus in eadem indaganda. Non possum tamen concoquere errorem ARGENTERII comm: 2 in Art: Galen: de signis f. m. 177. statuentis cornua esse certorum animalium partes, sed NON VIVERE. Eodem malo tenentur, qui pilos è partium numero eliminant, uti GALEN: A. P. c. 9. SYNE-SIVS ap H. JUNIVM de Coma c. 4. FERNEL: l. 2. Physiol: c. 2. L. LEMN: l. 2. de complex: c. 2. VOSS: Idolok: l. 4 c. 87. M. SEBIZ: Fasc: IX. quest: med: 9. & de pilis disp: 1. q. 5. Arg: 1651. GARMANN de mir: mort: l. 1 c. 1 § 4. & 12. 7. D. HORST: manud: p. m. 11. BARTHOLIN: in vindic: anat. p. 93 seq: & A. B. l. 3. c. 1. ARNIS. in controvers: anat: § 9. P. P. PEREDA Schol: ad Paschal: l. 1. c. 1. p. m. 8. PIC-COLHON: lib: 1 prælect: anat: f. m. 3. 1. prolixè Gisb: VOETIVS de creatione p. m. 772. ratio, quia non vivunt, nec viventis corporis more alan-tur; ita sentiunt Cl: Tb: BARTHOL: C. 1. b. 41. & CAPIVACC: Med: Anat: p. m. 410. Partes tamen esse credunt C. HOEMANN: de part: simil: c. 19. p. m. 110. Inst: Med: II. 9. 4. & III. 128. 3. MOEB: Inst: l. 1. c. 13. 7. T. SCHENK: Schol: part: f. 1 p. 4 c. 1 p. 20. MARTINIUS Lex: Pbiol: voce Pilus, KYPERUS antropol: BLAS. Med: Gen: c. 9 p. m. 11. PLEMPIUS f. m. 150. PARISANUS l. 12: Ex. 4. Subt: Ra-tio, quia partis definitio illis compatit. Nec minore rñs Agrolas appatice labo-rant UNGUES ax partibus excludant, uti GALEN: A. P. c. 9. SEBIZ: Fascic: XI. q. 9. & disp: 1 de pilis probl. V. §. 11. & c. Partes enim omni sunt merito vid: Fr: VALES: controvers: Med: & Philos: l. 2. c. 4. LAUREMBERG: Colleg: Anat: Ex: I. §. 41. 7. T. SCHENK: Schol: part: p. m. 19. BECKER Med: microc: l. 1 c. 2 p. m. 6. SENN: Prax: VI. 8. 36. C. HOFMAN: Inst. Med: II. 9. 4. GAVASSET: Exerc: Meth: Anat: p. m. 26. Cumque Cornua cum ungvibus maximam substantiæ habeant similitudinem vid. Alex: BENED: Anat: l. 1. 2 c. 14. ideo cum iisdem (physice loquimur) & inter partes referimus; (utut non sentiant; utut non sint in omnibus animalibus, utut non à primo statim semper adsint ortu) & vivere asseveramus.

§. 48. CORNUA EX SEMINALI SUBSTANTIA constare statuebat Hercule SAXON: Practic: l. x. c. 42. quando ab illis ad pilos argumentatur inquiring: Quid? Nonne Cornua qq. sunt siccissima, & nihilominus ex humida fiunt, sub-stantia? Nam si ex humida non fiunt, quomodo ergo erunt flexibila, & dum oriuntur, extensibilia, sequacia, tenacia: & dum accenduntur, fumum emitten-tia? Nonne sunt omnes ista mixti ex humide constantis passionis? sunt equi-dem. Immo vero mixti humidum habentis oleosum, pingue seminale ab eo,

ex quo pilos produci diximus, tantum dissimili, quod materia Cornu multo ter-
 reo sic commixta, ut propterea Aristoteles 2. de part. an. 3. cornua ex terreo con-
 stare affirmaverit, atque ideo grandioribus tantum animalibus fieri docuerit,
 quod reliquis magis terrea sint: pili autem materia vapor & fumo ac fuligini
 misceatur. Caterum Cornua ex seminali constare substantia illud quoque con-
 firmare videtur, quod cornigera omnia superiorem habeant mandibulam, den-
 tibus vacuam. Argumento sane certissimo, dentium materiam in cornua secede-
 re. At dentes fieri ex semine nemo ibi inficias. Sunt enim in ossium censura:
 omnia autem ossa ex semine ortum suscipere tota concedit Medicorum schola.
 Sed seminalem quamdam materiam ad cornuum productionem concurrere,
 illud quoque declarat, cervos coitu utentes, singulis annis cornua habere decidua,
 castratos nequaquam, quod illis semen deficiat, his vero superabundet. Hinc quo-
 que censeo cervas feminas Cornibus carere, quod sanguis, qui in materiam cor-
 nu transire deberet, in alimentum fetus secedat. Hinc denique videas, cornua pro
 animalium varietate variam habere substantiam, figuram, numerum, magnitu-
 dinem, colorem, soliditatem, aut vacuitatem, atque alia id genus plura, quae facultatem
 sequuntur formatricem in semine positam. Haecenus in patavina Acade-
 mia Professor Ordinarius Primarius. Verum quod pace tanti viri dicam,
 in allegatis hisce non semel *καὶ οὐκ ἔστιν ἄδύνατον*. Tota enim hypothesis nititur
 fundamento divisionis partium in SANGUINEAS, & SPERMATICAS ap. GA-
 LEN: I. de sem: 4 & XIV V. P. 3. it. M. SEBIZ: Fascic: x. q. 14. Sed dogma hoc be-
 ne refutat Acutissimus C. HOFMANN: Inst: Med: II. 10. 4 & comm: in XIV.
 Gal: de V. P. n. 969. & in XV. n. 1055. & WHARTONUS Adenogr: ca. p. m. 1.
 (quamvis hic ALIO MODO concedat ibid: spermaticas; alio itidem Cl: COUR-
 VEE Parad: de nutr: fit: in utero part: 2. c. 4. seqq. & Cl: Vir 3 P. BRUNO dogm:
 med: gen: p. 1. c. 2. p. m. 33.) Praeterea SAXONIAE argumentum quod cornige-
 ra superiorem mandibulam dentibus vacuam habeant; quia in Cornua
 maxime abeat; jam olim refutarat PLIN: XI. 37. dicens: Qui putant eos (den-
 tes) in cornua absumi facile coarguuntur corporum natura, quae neque dentes ha-
 bent, ut neque mares, nec tamen cornua, Ut taceam alia absona.

§. 49. Potior videtur ratio ARISTOT. 2. P. A. 3. Cornua ex terreo
 constare affirmantis; ita tamen ut Philosopho negem consequentiam sta-
 tuenti ideo grandioribus animalibus tantum fieri cornua quod reliquis
 magis terrea sint: Dubito enim ne Camelus, equus, elephas & aliae majores
 bestiae sint terreae ac capreolus, vervex, vitulis &c. Philosopho accedit Alex:
 BENED: Anat: l. 1. c. 14. scribens: Ungues ex terrena admodum oriuntur parte, parum

humoris calorisque adepti, qua dum refrigescunt humore ac calore evanescente in aëre, duram terrenamque formam capiunt, sicut ungulae, Cornua, quomobrem igni molliuntur, inter ossis & nervi naturam possident. Nec procul abire videntur G. HILDAN. in addit. ad Cent. 2. O. 25. & Th. BARTHOL. C. V. b. 27. affirmantes cornua esse melancholici succi progeniem; ceu alibi probatum, & contestetur hoc Cornu illud vetulae supra Zigoma Exempl. XX. §. 30.

§. 50. Curiosissimus Dn. J. B. DENIS loco superius §. 16. citato tandem varias collegit sententias suamque superaddidit inqviens: Si queratur ex quaenam materia generentur corpora illa peregrina, & unde veniant Cornua, qua reperiuntur ordinariè in certis quibusdam animalibus? Aristoteles existimat illa prodire ex quibusdam ossibus, atque substantiam eorum eandem esse ac dentium, quoniam notavit omnes bestias Cornutas non habere dentes in maxilla superiore. Fallopius est in eadem sententia, & affirmat se vidisse nasci cornua non modo in ossibus fractis, sed etiam supra ossa integra. Avicenna credit provenire illa facilius in juncturis ossium, prout contigit inter vertebrae dorsi Avenzoar. Non equidè hæc mens est, quasi o alibi possint provenire, prout illud est (Exempl. XX. §. 30.) Quæstio est, cujus sit natura materia illa producta & fovens istas excrescentias? Quidam putant esse succum nervosum; alii serositatem sanguinis. Sed posterior sententia est verisimilior, tum quia serositas sanguinis continet plus salis, quam succus nervosus, tum quia experientia nobis declarat, quod si serositas illa s. quid feri apporatur igni, statim induretur, & post assumtam consistentiam glutinis, reducatur in pelliculas pellucidas & duras, veluti Cornu. Cui sententiæ ferme accedo. In sanguinea massa enim ex variis sæpe causis humor lentus, viscidus, glutinosus continetur; qui si coagmentetur in certa parte accidentibus aliis causis præcipue externis, corneam substantiam; utot figura eandem non semper, induere potest. Quo forte respicit BLASIUS Institut. Med. Pathol. p. 2. c. 4. p. m. 51. statuens Cornu (prout heic pathologus tracto) fieri ex degeneratione humorum. Nec adeo alienus videtur P. BARBETTE Anat. Pract. part. 3. l. c. 1. p. m. 332. seq. hæc effatus: In Cranio (cur non & alibi?) materia nonnunquam locis variis colligitur lenta, que siquidem pblegmagoga externisque dissipantibus non tollatur, duritiem summam temporis successu acquirit; Immo augmentatione insuper accedente, cornu perfectum exhibet. Reliquas causas remotiores; puta Temperamentum, ætatem, sexum nam & Viri habent Cornua & feminae; illorum Exempla sunt I. II. III. IV. V. VI. VII. X. XI. XII. XV. XVI. XVIII. XIX. XXI. XXII. XXIII. XXV & XXVI. Harum vero VIII. IX. XIII. XIV. XXVII. X. & XXIV. ut fere causam habeat Sam. EGLINGER: Carol. VI: ad disp: de Lient:

¶

& Caliac: statuendi Viris potius, quam mulieribus crescere cornua, maxime si redundantibus natura segniter liberetur: Quamvis, si verum fatear, ego nullum adtendam heic sexus privilegium) humores, vitæ genus, consuetudinem; res n. n. & affectus &c. jam diducere non vacat, sed possunt facillimo labore ex exemplis extrahi.

§. 51. Ad *DIAGNOSTICA* signa me ordo jam compellit; quamvis in re manifesta signis his vix opus possit videri. Possunt illa peti à *QUANTITATE* tam *DISCRETA*; Sic plurima visebantur in Exemplis IX. & XVII. Ita in alicujus cranio septem eminentias, unam alia majorem & diversis in locis vidit *LANFRANC: tr. doctr: 2. c. 3.* & addit: *Quorum aliqua erat ita magna & acuta, sicut cornu capreoli, vel longitudinis pollicis, & multum ladebat cutem.* Unicum vero in reliquis: quam continua; ita in femina XII. digitos longum in Capite enascebatur *Tb. BARTHOL: C. 1. b. 78.* Illud Petri Estanoue Exempl. XX. §. 30. dicitur duorum digitorum transversorum longitudinem æquasse; sed *BORELL: C. 1. O. 14.* ait idem cornu apud eundem se vidisse & fuisse trium digitorum longitudinis ejusque basin duorum digitorum crassitiem æquasse. Cabrolianum (Exempl. XVI.) erat semipedem longum, crassum verò pollicem; *HILDAN: C. 2. O. 26.* Puellæ Bernensis (Exempl. XVII.) Cornuum nonnulla duos transversos digitos erant longa. Digi-
giti longitudine ad extremum tibiæ cornu vidit *RIOL. Enchir: Anat: l. 6 c. 6. p. m. 435.* quod facile Exemplum XXVII. potest constituere. Simile erat illud Exempl. VIII. Aliud Exemplo XV. tam magnitudine quam forma cornu arietis prorsus referebat. Idemmet dicit *RENOD: de mat: med: l. 3. c. 21. pag. m. 322.* duos palmos fuisse longum &c. Petuntur & signa à *FIGURA*. Illud Monialis Exempl. XIII. ex ampliore basi paullatim in acumen sursum extollebatur, extremo non nihil inflexo. Sartoris cornu Exempl. XI. erat forma arietini. In puella Bernensi Exempl. XVII. nonnulla erant in curvata, sed major pars recta. In Panormitano Exempl. IX. erant recurva quam plurima simulque in summo exaeuata cornuum vitulorum instar. Illud feminae Hollandicæ Exempl. XIV. erat uti caprinum plane. Et ita porro. Præterea in superficie alia sunt polita; alia non. Illius Florentini Exempl. VI. superficies non erat polita, sed cernebantur concavitates vel potius sinuositates, quæ tendebant à superiore parte ad inferiorem &c. Confer & Exempl. IX. Ratione coloris est interdum diversitas; fusci erant in Bernensi Exempl. XVII. Cinericei mixti c. flavo in Florentino Exempl. VI. Cretense erat nigrum Exempl. V. Vaccini cornu colorem habebat illud monialis. Ex. XIII. Ratione



substantiæ qq. variant: Aliud est solidum atqve durum, vid Ex. vi. &c. Aliud minus. Illud pueri Ex. iv. in parte inferiori conflatum erat ex cranio & medullari cerebri substantia. Aliud est cum dolore Ex. ii. ix. xi. xv. xxii. *Conf. qq. LANFRANCUM tr. 3. doctr. 2. c. 3.* aliud sine dolore Ex. iv. Illud Florentini foetorem emisit intolerabilem; sævamque exhalavit Mephitim Ex. iv. Et si quæ plura sint Diagnostica alia.

§. 52. Ad PROGNOSTICA etiam deveniamus. In se equidem letale non est, potest tamen fieri ex accidenti e. g. si profundius justo abscindatur uti Ex. iv. aut si cura negligatur. Ita Puella cornuta Bernensis à D. Lentulo curabatur & sana atqve incolumis per annum circiter vixit. Cum vero propter egestatem præscriptam victus rationem observare non posset; purgantia quæ etiam (quia à Medicis remota erat) intermisisset, cornua recessisse retulit D. D. DUNUS, qui Lentulo successit, sed non tanta in copia, ut antea. Interim tamen cum sine dolore vix stare, multo minus ambulare, sedere aut supina cubare posset, & à Medicis remota esset, tandem ex haustis viribus pie obdormivit, *HILDAN: in addit: ad C. 2. O. 25.* Cornua qq. recidivas habere possunt, Exemplum est in modo dicta Bernensi, ut & in Florentino Ex. vi. In vetula Ex. xx. sponte decidit, sed illius loco Cancer obortus est. *P. ESTANOVE Obs. 6. River: communicata.*

§. 53. Denique perveniendum est ad CURATIONEM, quam difficilem recte statuit *SENNERT: Prax: v. 1. 38.* non autem est impossibilis, prout videbatur *LANFRANCO tr. 3. doctr. 2. c. 3.* ut ut etiam sit in cranio. Ita Curationem puellæ horrendo modo cornutæ feliciter se peregrisse scribit *J. P. INGRASSIAS de Tumor. tr. 1. c. 1.* *BARBETTE* quidem *Anat: Pract: p. m. 333.* & *Sam: EGLINGER Corall: 6. ad diss: de Lienter.* Non nisi per Chirurgiam tollendum dicunt cornu: Verum & pharmaciæ locus erit & ante Chirurgiam & cum ea & post eam. Immo nec ipsa diæta erit negligenda, uti liquido constat ex casu puellæ Bernensis; vidæ quæ diximus §. proxime præcedente, quæque dicemus inferius §. 55.

§. 54. De Curatione equidem potest legi *πολυμαθῆς ἱστ. Th: BARTHOL: de Unicorn: C. iv. p. 37. seq.* qui eam tamen variandam censet; & quidem rectissime, tum pro diversitate ipsorum cornuum, tum pro varietate eorundem insertionis.

§. 55. Ante Chirurgiam sæpius opus est, ut corpus impuritatibus suis, quibus undique scater, liberetur; Hoc fecit pater *EBN-ZOHAR* humores grossos (ita barbarus *INTERPRES*) purgando, cui hic refert *l. 2. c. 15.*
idem.

idemmet ipse EBN ZOHAR ibid qq. in se tentasse scribit; sed audiamus locum prout misellus INTERPRES reddidit, ita tamen ne ingratis puriorum Musarum fiat: *Et mihi etiam fuit ortum os unum super dorsum, magnum mihi inferens dolorem; & purgavi me ab humoribus grossis, & posui super ipsum resolutiva, ita quod resolutum fuit pro majori parte, & illud modicum, quod remansit, non impedivit me in aliquo in operationibus naturalibus exercendis. Ergo ubicumque inveneris simile, facias, sicut dixi. Et cum purgas istos, noli ipsos purgare solum cum virtutibus medicinarum, sed cum ipsis medicinis propriis. Et de melioribus minoris ad purgandum hos, est lapis Lazuli, sed in magnete absque dubio magnum juvamentum in hoc, sed ego ipsum non sum operatus, quia sufficit mihi Lazuli & ego commendo opera ejus.* Hæc ille ap. SENNERT. Prax. v. 1. 38. Nim: Auctor respexit ad causam, quam vulgo in melancholiam rejiciunt; & ideo ex *μολαια γάγος* famosissimum collaudat nempe Lapidem Lazulum; quo eum collocarunt L. JACHINUS in IX. Rasis (sic vulgò, rectius G.H. VELSCHIO de Vena Medin: p. m. 7. dicitur EBN. ZACHARIAS RASÆ comm: c. 15. p. m. 198. Guil: RHEGINUS in Medicina Exercitamentis fol: m. 85. GATTINAR: prax: med: c. XIV. Gr: HORST: in Decad: Exerc: Pharmac: VI. §. 17. & l: 2. de sanit: stud: tuend: c. 12. aliique quamplurimi. Plane non adeo displicet mihi methodus qua D. D. LENTULUS puellam Bernensem Cornutam curavit; quæ ap. HILDAN: addit: ad C. 2. O. 25. f. m. 105. hæc est: *Prescripta optima videlicet ratione, apozematibus & julapiis humorem atrabilarium preparavit, & melanagogis aliquoties expurgavit, mensesque provocavit. Postea apozemata, julapia, melanagoga iteravit. Sic satis expurgato corpore, tandem ipsam ad thermas hic in vicinia, zum neuen Haus sitas, misit: quibus cum per dies aliquot usa fuisset, Cornua per se deciderunt, & sana ad nosocomium rediit. Post usum thermarum, refocillatis viribus ac iterum expurgato corpore ad suos ipsam remisit.* Simul hic invenimus & usum thermarum in Cornutis; ad illas ergo merito possunt ablegari, ceteris paribus. Præcipue hæ Bernensium, quas ex sulphure & alumine constare dixit HILDAN: l. a. hæ enim partim emolliunt, partim exedunt & absument ea quæ redundant.

§. 56. Antea Chirurgiam quam experiuntur aliqui, nihil non relinquunt intentatum, propterea imponunt medicamenta, quæ & emolliunt, & discutunt aut solvunt (Resolutiva vocabat barbare supra §. 55 Ebn Zoharis INTERPRES) quod per experientiam insuper confirmat EBN ZOHAR l. 2. c. 15. inqviens: *Pater meus purgavit humores grossos in ipso (sc. ægro) & postea posuit Medicinas exsiccativas super os, ita quod cecidit dictum os, sicut*

addunt cornua cervi in vere. Huc dubio procul collimat P. BATRUS in Venis
mecum l. 24 c 10 p m 653. non admodum inepte scribens: Curatur cum inci-
sione subtili, donec perveniatur ad partem sensitivam; superponantur medici-
na verrucarum acutiores, sicut melancardinum, donec cadant Deinde admini-
stretur butyrum coctum, & post remedia supra dicta legitur plumbum super
ipsum.

S. 57. Restat jam (ut denique deflectamus ad Chirurgiam) mitius
adhuc aliquod remedium, nempe CONSTRICTIO ubi seta vel filo robustiore
sensim & sensim constringendo, malum evellitur, ut decidat plane. Exem-
plum vidit DALECHAMP: an Plin: XI 37. qn, in femina cornu digiti longi-
tudine filo paullatim adstricto præcisum fuit A. C. 1542. similis cura inter-
dum qq. adhibetur in verrucis auferendis; audiamus SENNERT: Prax: v. 1.
37 p. m. 163 Excinduntur vel vinculo pensiles se: verruca, filo nim: serico, aut alio
forti, aut seta equina, at etius subinde vinculum constringendo, donec verruca
excidunt. Conf: Th: BARTHOLIN: C. 3. b. 40. qui ibid: pari modo & nattas
tollendas svadet.

S. 58. Tandem, inora q̄p̄uanga ex inra, et ip̄ inra: ora vidua ex
inra, p̄p̄ inra: ora de p̄p̄ ex inra, taūta xēn v̄m̄zēv & iatā; censente
HIPPOCRATIUS Aphor: l. 8. S. 6. Quare & hic incisionem
aut excisionem deveniamus. Nec enim nos terreat infelix illa exci-
sio ap. AMAT: Lusit: Cent: I. Cur: 51. Inde forte Job: Baptista filius Johannis Ca-
poni Medici noluit resecare corniculum pueri A. C. 1639. mortem defectio-
ne nuncians apud ALDROVAND: de Monstrif 126. Si quidem feliciter exci-
sum meminerunt DALECHAMP: ad Plin: XI 37. CABROLIUS observ: XI. D. F.
LACHMUND: in Ann: IV & V. Ephem: Germ: Cur: obs: 180. & c. Suasitque
hanc jam pridem EBN-SINA 4. fen: 7. tr: 3. c. 14 inqviens: Cura eorum est
incisio, ut removeatur ex eis illud, quod ō dolet: Deinde administrentur super re-
siduum medicina vehementer acuta, ex medicinis verrucarum, donec cadat:
Deinde consequatur butyrum coctum Modum fere proponit SENNERT:
Prax: v. 1. 38. p. m. 166. ajens: Si prope articulos sint, eorumque motum impediunt,
aut premendo continuuum dolorem efficiant, amputanda sunt, quod tutius sit, cum
in nudis ossibus sola cute obductis consistunt. Cutis primo aperienda, & cornu seu
nodus denudandus, postea ferro acuto ab osse abscindendus, & vulnus convenien-
te modo curandum. HILDANUS qq. ait, quod CABROLIUS Methodum quo-
modo abscindenda sunt proponat; additque: Dummodo universalia negle-
cta non fuerint. Ita VESLINGIUS Cornu in Monialis fronte excidit; re-
liqui

liquias vero, cum severius remedium abhorreret Chalchanti spiritu exedere conatus est apud *Tb: BARTHOL: C. V. b. 27.*

§. 59. Post excisionem, si e radicibus suis repullulare videatur, omnino ignis adhibendus erit; quod etiam reputavit *VESLINGIUS* in modo allegata Moniali ex *Tb: BARTHOL: C. V. b. 27.* Sic in Florentino Exemplo vi abscissum Cornu statim renascebatur crassius. Altera vice iterum abscindebatur, concludebaturq; radicem igne extirpandam esse, ap. *Cl. J. B. DENIS l. 2.* Sed successum rei nondum addidit. Rursus ad radicem abscisso Cornu in homine sanguinem tam copiose effluxisse, ut cauterium actuale applicare necesse fuerit scribit *CABROLIUS*. Nihilominus tamen mundificato ulcere & inducta cicatrice virum hunc convaluisse asserit, *HILDAN: C. 2. Obs: 20.*

§. 60. Hæc equidem sufficiant; nec enim licet, nec licuit hætenus esse mihi prolixiori tum ob publicas turbas, puta obpugnationis & expugnationis Philippiburgicæ (grates immortales DEO O. M. & fortissimis Heroibus atque militibus!) tum privatas, nempe Praxeos quotidiana & sæpius laboriosa, ut alia tacem impedimenta quæ fecerunt chartulas meas valde dispersas; animumque sæpe confusum inde est; quod sequentia velim.

A D D E N D A.

P ^{1. l. 17.} De Cornibus Altaris lege *Alphons: TOSTAT: ad Exod: tom: 2. q. 4 f. 17. A.* reliquoque infinitos fere Commentatores.

P ^{1. l. 9.} Nec obstat, quidquid *Cornel: à LAPIDE in Exod: c. 34. v. 29. fol. m. 5. 6.* ait: Nota, bene Interpretes noster vertit CORNUTA, verbum enim *קֶרֶן* *Keran* significat proprie cornutum esse, non vero radiare ut quidam confingunt: sicuti nomen. *קֶרֶן* *Keren* significat tantum Cornu, idque pane in omnibus linguis. Idem tamen pictores paullo post in crepar, & exponit de radiis.

Plura adhuc essent operi exornando, quæ festinatio jam intercludit, interponet autem aliquando B. C. D. cogitatio posterior.

INDEX AVCTORVM.

A.	
Cl. Ælianus.	§. 8
Agellius.	8
Georg. Agricola.	4
Alb. Abbas Stadenfis.	6
Andr. Alciatus.	3/8
Vlyffes Aldrovandus.	22/25/58
Alex. ab Alexandro.	5/6/8
Alkoran.	5
Leo Allatius.	4
Sixtin. Amama.	2
Amatus Luf.	14/43/46/58
Anaximenes.	8
Apulejus.	8
Hier. Fabr. ab Aqvapendente	
	9/20
Joh. Argenterius.	47
Aristoteles.	48/49/50
Henningus Arnifæus.	47
Q. Afconius Pædianos.	5
Athenæus.	5/8
Auctor Definit. Med.	45
Avenzoar v. Ebnzohar.	
Aviceona v. Ebnfina.	
B.	
Paul. Barbette.	50/53
Casp. Barthius.	8
C. Bartholinus.	4/8/9/14/18
Th. Bartholinus.	2/4/9/21/23/
	24/25/32/40.46.47/49
	51/54/57/58/59.
Joh. Casp. Bauhinus.	21
Petr. Bayrus.	40.43.46.56
Joh. Grorop. Becanus.	8
Daniel Becker.	47
Alex. Benedictus	15/ 47/49
Iustus Bertramus.	4/ 32
Christoph. Befoldus.	3/ 6
Biblia Vulgata.	2
Læf. Bifciola.	4/8
Gerh. Blafius.	47/50
Balth. Bonifacius.	6/8
Anf. Boetius de Boot.	4
P. Borellus.	4/26/28/30/43/51
Jac. Pancrat. Bruno.	48
I. Buxtorfius, Pater.	2
I. Buxtorfius, Filius.	6
C.	
B. Cabrolius.	26/46/58/59
Franc. Calceolarius.	4
Ambrosius Calepinus.	45
I. Calvinus IC.	5/6
Phil. Camerarius.	2
Mart. Capella.	8
Hier. Capivaccius.	47
Ioh. Caponus.	58
I. B. Carpzovius.	2/3
Ioh. Castellanus.	9
Barth. Castellus.	9/45
Viucent. Chartarius.	8
Clemens Alexandrinus.	5
L. Cœl. Rhodiginus.	3/4/5/6/9
Gilb. Cognatus.	37
Herm. Conringius.	4
Theod. Corbejus.	42/43
Claud.	



Claud. Courvee,		48	Robert. Flud,	31
Ctesias,			8 Anutius Foesius,	39
	D		Fouinier,	8
Jac. Dalechampius,		8/18/46	Georgius Francus,	44
		57/58	Joh. Freinshemius,	5/8
Tiberius Decianus,		3	Christoph. Jurer,	4
I. B. Denis,		6/15/16/19/37/50/59		G.
Dietherr,		3/7	Cl. Galenus,	9/47/48
I. C. Dietrich,		2/8	Chr. Fr. Germannus,	47
Digesta,		3	Petrus Gassendus,	4
I. M. Dilherr,		2/4	Marc. Gattinarias,	55
Joh. Dinckel,		7	Michael Gavassetius,	47
Diodorus Siculus,		8	I. Geiler Keiferspergius,	5
Jac. Dondus,		42	Conr. Gesnerus,	4
Casp. Dornavius,		7	Salomon Glasius,	2/6/8
Dunus,		52	Joh. Gorræus,	39/45
	E		Andr. Graba,	4
Ebn-Sina,		40/42/46/50/58	P. Gregorius Tholosan,	8
Ebn-Zohar,		11, 12, 55, 56	Joh. Gryphiander,	6
Eginhardus,		6		H
S. Eglinger,		10, 50, 53	G. Phil. Harsdörffer,	3/8
Ephemerides Germ. C.		46	Henelius,	3
Ephippus,		5	Ptol. Hephæstion,	35/46
Petrus Estanoue,		30, 52	Hippocrates,	58
Euripides,		8	Casp. Hofmannus,	9/39/41/42
Christ. Fabricius,		25		43/44/47/48
Guilh. Fabric. Hildan,		1, 9, 25,	Homerus,	8
		26, 27, 46, 49, 51, 52, 55, 58, 59	Theod. Höpping,	3
Gabr. Fallopius,		17, 50	Q. Horatius Flaccus,	8
prosp Farinaceus,		3	Joh. van Horne,	9
Joh. Fernelius,		42, 47	I. L. van Homigk,	3
S. pomp. Festus,		8	Greg. Horstius,	55
Feudale Jus,		3	I. D. Horstius,	47
Hiob Fincelius,		37	I. H. Hottingerus,	2/5
		E		Le-

Levinus Hulsius.	5	I. P. Lotichius.	8
Hyginus.	8	Lucanus.	8
I.		Luctatius Placides.	8
Leonhardus Jachinus.	55	Conr. Lycosthenes.	37
I. Phil: Ingrasias.	19, 53	M	
Institutiones Juris Civ.	3	Macrobius.	8
Interpres Ebn-Zoharis.	55, 56	Ioh: Dan: Mojour.	4
Guilh. Jonsohnus.	9	Ioh. Manardus.	42
Joh: Jonstonus.	4	Ioh: Manlius.	7
Ifidorus.	6	Zach: Mannagetta.	33, 46
Hadrianus Junius.	47	Ammian Marcellinus.	5
K		Matth: Martinius.	43, 47
Henr: Kornmannus.	32	Claud: Minos.	3
Kunastianum Muscum.	4	Ant: Mizaldus.	8
Alb: Kyperus.	47	Gottfrid Mœbius.	47
L.		I. M. Moscherofsch.	3
Fr: Lachmund.	34, 58	N.	
pomp: Lætus.	8	Natalis Comes.	8
I. B. â Lamzweerde.	9	Christoph: Neander.	8
Lanfrancus.	40, 46, 51, 53	Nemifianus.	8
Th: Lanfius.	3	Ioh: Neuhof.	4
Corn: à Lapide.	60	Ioh: Nevizanus.	3
petr: Lauremberg.	47	Nicetas.	3
Wolfgang: Lazius.	5	Euseb: Nierembergicus.	4
Levinus Lemnius.	47	Nonnus.	8
p. Lentulus.	27, 52, 55	Gregor: Nymmanus.	37
Lexicon Græco-Latin: Basil.		O	
impress: 1557.	45	Ioh: Olearius.	8
Chr: Libenthal.	8	Oribasius.	9
Fortun: Licetus.	37	Theodeatus Ofius.	3
Joh: Limnæus.	2, 3	P. Ovidius Naso.	8
Joh: Ant: van der Linden.	8	Ioh: Owenus.	3
	41, 45	P.	
Hugo Linschott.	4	Palæphatus.	8
Ioh: Loccenius.	5	Onuph:	

Onuph: Panvinius.	5	Herc: Saxonia.	48
P. T. Paracelsus.	4	Iul: Cæf: Scaliger.	13, 37
Ambros: Pareus.	37	Ioh: Scapula.	45
Æmilius Parisanus.	47	Ioh: Schenkus.	15, 19, 46
Carol: Paschalius.	6, 8	Ioh: Theod: Schenkus.	47
Simon Paulli.	1	Ioh: Adam Scherzer.	2
Paufanias.	8	Wilh: Schickard.	5
Petr: Paul: Pereda.	47	Scholiasfes Statii.	8
Phylargyrius.	8	Andr: Schottus.	35
Philoftrat9 Leoning Senior	8	Casp: Schottus.	4, 37, 46
Photius.	35, 46	Ioh: Schroderus.	9
Archangel9 piccolomine9.	47	Ioh: Scultetus.	9
Pierius.	8	Melch: Sebizius.	47, 48
Steph: Vinand: Pighius.	6	Georg: Segerus.	4
Vop: Fort: Plempius.	47	Ioh: Seldenus.	28
C. Plinius Secund9.	4, 8, 46, 48	Sixtus Senenfis.	2
Angelus Politianus.	8	D. Sennertus.	15, 17, 42, 43
R.			46, 47, 53, 55, 57, 58
Petrus Ravanellus.	2, 6	Servius.	8
C. à Reies Franco.	3	M. A. Severinus.	4, 29
Salomon Reifel.	35	Carol: Sigonius.	8
Ioh: Renodæ9.	3, 4, 9, 19, 25, 51	Silius Italicus.	8
Guilh: Rhegin9.	55	Philand: v. Sittewald.	v. Mo-
Ioh: Riolan9.	9, 46, 51	fcherofch.	
Lazar9 Riverius.	30	I. I. Speidelius.	3, 6
C. C. Rompfius.	42	Ioh: Bod: à Stapel.	4
Ioh: Rosinus.	8	Henr: Stephanus.	46
Martinus Rulandus.	4, 9	Strabo.	8
Christoph: Adam Rupertus.	3, 5, 6, 10, 25	Synefius.	T. 47
S.		Ioh: Tagaultius.	42
P. I. Sacfius.	4, 43	Theodoricus.	39, 42, 46
Th: Sagittarius.	8	Conr: Theodoricus.	2
Cl: Salmafius.	3, 5	Theopompus.	8
Henr: Salmuth.	3	Iac: Aug: Thuanus.	25
		Alphonfus Toftatus.	60

Nicol: Tulpius.	9	W.	
V			
Valerius M.	8	Mart: Weinrichius.	37
Francisc ⁹ Valefius.	47	Thom: Wartonus.	48
pietro della Valle.	8	Frid: Widebrandus.	7
M. T. Varro.	6	Ioh: Wierus.	8
G. H. Velfchius	11,40,55	Ioh: Wolfius.	37
Ioh: Veslingius	23,58,59	Olaus Wormius.	4,8
P. Virgilius Maro.	8	X.	
Gisbert. Voetius.	47	Xenophon.	8
I. G. Voffius.	8,47	Z	
Fulvius Vrsinus.	5	Zacutus Lusitanus.	37,46
Emanuel Vrstifius.	25	Zamoscius.	5
		Martinus Zeilerus.	4

LECTORI ET BENEVOLO
ET MALEVOLO
(RUMPANTUR UT ILIA!)
Salutem!

Terentii uti libet Prologo FRANCO!

*Si quis jam est, qui placere se studeat bonis
Quamplurimis, & minime multos ledere;
In bisce FRANCUS hic nomen profitetur suum.
Tum si quis est, qui dictum in se inclementius
Existimavit esse, sic existimet,
Responsum, non dictum esse, quia laesit prior.*

Alienissimus est à me animus maledicendi, nec, nisi maledicentissimus hoc affinget mihi. Sint Cornuti varii varie, quid ad me? Nec Tu reus, nec ego actor; nec uterq; erimus iudex; sed cujusvis conscientia. Et ne totum transcribam prologum, legatur ille in Eunuchum suam; & applicetur. Hoc saltim dicam: Quos heic allegavi auctores, & omnes me oculis legisse meis testor, paucissimis forte exceptis, quos ex aliis additis adduco. Errores Typographi Tua modestia, meos commune jus humanitatis excusabit. Hos si amice monueris, emendabo, quantumcyus à catenatis & Theoriae & praxæos laboribus respirare dabitur Vale.

F I N I S.

Q. 4. 542, 37

GEOR
MED. ET
BERG.
QVE

Tractatu

CO
IN QVO
DELIBAN
RUM, JCTOR
RUM, PO



Typis & sumpt

2
XXV.
NCI
DEL
AT-



edicus

IS
IOSA
LOGQ.
OPHO-
O.

